



Biblioteka Jagiellońska
stdr0002863


V
B
J
C

MARIANVS ORATOR

PVRISSIMÆ IN ORTV & PARTV

MARIÆ

DIVISQVE

MARIÆ

Cultoribus è SOCIETATE IESV

Per votiuas Panegyres

Recentioris eloquentiæ Stylo deductas

SACER.

Auctore Joanne Kwiatkiewicz

SOCIETATIS JESV

ANNO à MARIANO PARTU

M. DC. LXXIII.

CALISSIJ, Typis Collegij Soc: JESU

INSIGNE GENTILITIVM
ILLVSTRISSIMÆ DOMÛS
TARLOVIANÆ.



Imminet hæc Astris, hæc tedit ad ima Securis
Scilicet illa Polo militat ista Solo.



PERILLVSTRI
ac
MAGNIFICO DOMINO
D. MICHAELI
à Tęczyn
TARLO
ILLVSTRISSIMI
PALATINI SANDOMIRIENSIS
MAXIMÆ SPEI FILIO
Vtramque Felicitatem.

AVres humanißimas & oculos exposcit TVOS *in* Illustrissimâ Domo TVA subsistens ORATOR MARIANVS. PERILLUSTRIS DOMINE. *Vsque adeo eminentem dicendi locum optare poterat non sperare; vbi peramplo* Domûs

TVÆ

TVÆ amphitheatro conspicuus vltra vastos Sarmatiæ limites, Latio qua patet vniuerso vocaliùs perorabit. Non quòd numerosiore aut maiore egeat auditore; Sed quia Orbis aures ac palpebram effugere haud potest quicquid intra laureatos TARLOVIÆ DOMVS parietes ad famam exhibetur & plausum. Iacent sua Rostra Tullij, Sinum DOMVMQVE TVAM & dignitas merebatur Auditoris & ipsæ desiderabant Panegyres. Vel ex eo gratiores futuræ quòd prima diuinioris huius Cyneæ vox ad TVAM hoc est Ducum in Klewan & Zbaraz adeoque Regum sanguine purpuratam ASCIAM refringatur. Tot ac tanta inter Heroum lumina metu obscuritatis absoluis ORATOREM. Lucem ille quà ab Illustrissimis Maiorum TVORVM vmbris, quà ab Sideribus etiam hodie in Cælo vestro coruscantibus è facili mutuabitur. Quin & ab Celsissima Indole TVA quæ habet nihil nisi illustre, omnia ad miraculum. Habebit proinde & hic sanctior Demosthenes vsitata Oratoribus lu-

mina

mina & planta MARIANA *Lunas illu-
striores.* *Quodsi ab* HORTO CON-
CLVSO *Hortensium malis dicere, ad* TE
*lectißimum juventutis Polonæ florem prope-
rare debuit: neq; alijs prius potiusué quàm
innocentibus vernantis æui manibus tracta-
ri consecrari.* *Repulsæ non metuens, quia*
MARIANVS. *Metire iam* PERILLVSTRIS
DOMINE *si* TVA *tibi permittet modestia
metire inquam magnitudinem* TVAM *Ma-
gna Maximorum Parentum proles. Tantus
es vt ipsa Cælorum Augusta Princepsq; Vni-
uersi ad te declinet apud* TE *Maiestati suæ
augustal expectet hospitale. Imperare omni-
bus nata,* TIBI *familiariorem etiam se ex-
hibet. Et Gabrielis olim Sacræ Triados Ab-
legati colloquijs assueta nunc Michaelem af-
fatu Materno dignatur. Nempè hîc etiam
vel Angelum reperit vel Angelicum. Vide
quam bene Conveniat* POLI POLO-
NIARVMQVE REGINÆ *Cum Senato-
ria stirpe Polona: & cum Ducali* CZAR-
TORYSCIORVM CATAPHRACTO

 (*quem*

(quem in Maternis numeras Armis) ACIEI CASTRORVM ORDINATÆ. *Defendet illa Honoris sui propugnatorem acerrimum. Intendet lucem Nominis* TVI *Nominatissimæ Serenitatis Virgo-Mater, cuius gloriæ in maius prouehendæ famulari simul ac familiari obsequio impubes adhuc ætatula* TVA *pulcherrimè semper luxit, lucebit. Nec plura apud* MARIÆ *à primis annis mancipatum Cor, imò* MARIANVM *pectus pro* Oratore MARIANO. *Admittes innata magnis facilitate & illum, & à quo reverenter Amplitudini* TVÆ *submittitur, pro quo etiam* Orator *hic perorat*

Collegium Calissiense


SOCIETATIS IESV.

ATTI-

ATTICE

Simulque

Critice Lector.



REgnatrici ANCILLÆ clientem submitto calamum. Placet Servile hoc Nomen, quo tamen nec basilicum, augustius est, vectigali stylo colere. Sudent ingenia vel sub MARIANO Calce, cui sese in pavimentum Lunæ cornibus tessellatum sidera substravêre. Nimis tumida sunt, nisi ad Ancillarem plantam & ingenia cum nocturno Sole (sit hoc etiam Lunæ vocabulum) deponant cornua. Didicit illa post Lunam & Atticas calcare Noctes imò extingui metuat stylus, nisi lambat saltem vestigia, vel proxime ad illa repat, quæ quidquid calcaverint,

Causa tituli lib. inditi.

rint,

rint, Luna fiet aut illustrius Lunâ sidus. Neq; primus hic tributarius MARIÆ character est, à cuius alto imòque *Dominio* nulla omnino ingenia manumitti queunt, nostra etiam nolunt, quin illud non invitâ vel Minervâ vel Suadâ recognoscant. MARIANA ergo hæc & ex mancipij jure, & insuper ex dicendi argumento lucubratio, à quo lucem accipit, aut (quia obscurior fætus & in ipsa cæcutientis ingenij nocte effusus est) sperat. Extra Nazareth non abeo: nam satis inibi florum, quos Oratoriâ decerpat manu Hortensius. Gemina tamen potissimùm MARIÆ prærogativa (quæ illam & vulgo eximit, & supra Cælitum Optimates Summatesq; attollit) calamo illapsa & ingenio: Immunitas à primo hominum reatu, & Titulus tantæ Matris. Nam & primum MARIANÆ vitæ instans ultra temporum ac ætatum omnium felicitatem abiit, & fæderata Materno in DEUM juri thalami exsors fæcunditas cæli præconia meruit, quæ primus Orator MARIANUS Gabriel cælesti artificio temperavit. Neque derogant libelli titulo alia præter MARIAM argumenta. Nomina hæc Divorum sunt, quos ab encomijs MARIÆ non facilè secreverim, quod semel sub eius paludamē-

Arg: Orationū

mē-

mentum iverint, nec avelli ab ea patiantur. Mitto, quod pænè tribunitiâ lege Sapientum edicta sanciunt, ut ab argumento potiori rerum ducantur cognomenta; at mihi & omnibus MARIA potior est, quæ hanc paginam frequentiùs se totâ implet, uti & Orbem famâ. *Mart. Guttierez Gisio Maurolico Abb.*

De stylo nihil ago ajoque: Victima linguarum ac ætatis criticæ is esto, ubi crisim meruit; alibi veniam meretur, ubi satagit, ne MARIANÆ Divorumq; gloriæ veteri tantùm stylo velificetur eloquentia. laudem tamen plausumque ut apud malevolam crisim non sperat, ita nec apud benevolam vovet, quia id putidum esset ORATORIS votum, nec MARIANI. Tamen, quisquis & quocunque animo es in nostratem Laconismum Lector, fave in MARIANAS profuso laudes, quia id Divæ Divisque debes; eundem fove, quia potes polleísque. *Stili ratio.*

SYLLA

SYLLABUS

Orationum hoc libro contentarum.

PANEGYRICI MARIANI

Jn Festo Immac: Concept: B. V.

Jn festo salutatæ ab Angelo Virginis Matris.

His additur

Noua Legio seu *Oratio de Professione quatuor votorum dicta in Festo Purificationis* MARIANÆ.

PANE-

PANEGYRICI MARIANORVM

1. *Novus Atlas Orbis, de S. IGNATIO Loiola.*
2. *Gigantomachia, de S. FRANCISCO XAVerio*
3. *Sacrum Tribunal, de S. FRANCISCO Borgia.*
4. *Oriens in Occasu, de eodem.*
5. *Corona pedum, de eodem.*
6. *Phænix Occidentis, de eodem.* (*stka.*
7. *Zona torrida in Aquilone, de B. Stanislao Ko-*
8. *Sidus Erraticum, seu Exul Beatus, de eodem.*
9. *Deus Captivus. de eodem.*
10. *Pia in parentes Impietas, de eodem.*
11. *Theologus Consūmatus, de B. Aloysio Gonzaga.*
12. *Eques Liliatus, de eodem.*
13. *Principatus Virtutis, de eodem.*
14. *Aquila ad solem, de eodem,*

His additur.

15. *Conviva Deus, seu Christus Patiens & Moriens.*



PROPHASIS
MARIANA.

Etsi iuxta Arnoldum Carnotensẽ
In MARIÆ laudibus hebes est cuiusq; ingenium:
Iuxta Augustinum.
Eam laudare sufficeret nullus:
Iuxta Bernardum.
Jn eius laudibus omnis lingua balbutit:
Iuxta Epiphanium
Illi prædicandæ cælestis ac terrena lingua minimè sufficiat:
Iuxta Hieronymum
De ea quidquid humanis dici possit verbis, minus est;
Tamen, quia S. Germani Patriarchæ sententiâ
De Cælo prospiciens Universorum Regina, suarum laudum *Declamatores* benedictionibus coronat;
Et Isidori Thessalonic: teste Oraculo
Jlla evehit laudatorem in Cælestia & Divina,
è meo & S. *Sabbæ* placito
Lætus ad te, Domina, omne ingenium converto,

--- tua sed minorem
Ingenii cymbam manus auspicato
Dirigens flexu, calamum patronâ
Provebat aurâ.

P. Jnes.
In Lech.

ORATORIS MARIANI PARS I.

Argumentum:

Immunitas MARIÆ à primo Adæ reatu.

I.

MARIÆ

REGINÆ POLONIÆ
Summa & plùs longè quàm
POLONA LIBERTAS
Seu
Immunis à noxa Originali ejuſdem
Conceptio panegyricè exornata.

NOTA.

Circumfertur in Polonia, quòd Iulio Mancinello Soc: IESV Sacerdoti in il- *Prænotatio.*

 luſtres

lustres titulos Cœlitum Reginæ effuso, eadem apparuerit expostulans, cur se non appellaret Reginam Poloniæ, cũ sit specialiter? Huic titulo insistit Panegyrici allegoria, qui iam sequitur;

Regale Poloniæ pomũ datur Pulcherrimæ.

ET aureum Lechici regni Pomum, nõ Paridis, sed augustiore Cæli suffragio Datur Pulcherrimæ, Auditores. Etiam Aquiloni Sarmatico Augusta Pulcheria imperat, dum illum cælesti coërcet imperio MARIA. Nihil in ea non vltra pulchritudinis prodigium, ne prima quidem vitæ auspicia. citò regnum venustatis innocens animus occupauit, cui non prius vitæ instans, quàm Gratiæ, adeòq; in sinu & throno Gratiæ conceptam adorat Principem hic Septemtrio, quam ipsa exceperunt cæli cunabula, & parturientis gratiæ viscera effudêre. Hæc eius primordia! oriri nescit aliter quæ in lucem regiâ maiorem utero eformatur, quin paludamentum statim induat, primis gratiæ induuiis trabeata. At profectò aurea regnorum dos est, in parem regiæ fortunæ indolem irruisse; vel ubi dominandi arbitria linquuntur penes intimæ suffragium Venustatis; vt etiam nutat Sceptri felicitas, quod maligno vitiatæ

Pulchritudo MARIANA.

Qualem regia fortuna decet.

mentis

mentis ingenio imperij molem impres-
sit. Regale pomum, Virtutis crede bel-
laria, nata dignius palatum alerè, quàm
vt ex illo fœdiora ingenia quid delibent.
Non benè Malum Aureum plumbeo cō-
mittitur Successori, & pulchra hæc for-
tunæ regalis insignia Thersitem animum
atque piaculares manus reformidant.
Etiam regna hærede superbiunt, vel, quē
venustat mens aurea, successore. Infu-
sum cum auro capiti ornamentum au-
gmenta lucis pretijq; recipit, si raræ Prin-
cipis dotes decus auro insitum gemina-
runt. Nec alia Sarmatiam circumstat
felicitas, dum Nazarenæ Principi manci-
patur. Imprimit Sceptro dotalem radi-
um, cùm illud manus hæc capessit; &
sole paludata latè serenitatem fundit hæc
Poloniæ Hæres Serenissima. Et sanè me-
ruit regna, cui non seruilis inter gratia-
rum crepundia conceptus herile inster-
nit solium. Educitur crescitq; ad coro-
nam, cui (quod etiam Phœnicensibus re-
gni omen) in prima gratiæ aurora con-
tigit tam maturè solem cernere orientē.
Pridem insuper Pastoritia Dauidis Do-
mus, ex qua prodijt, lanam ouium in
vellus aureum immutauit, lanam regali
tinxit murice, & fundæ lapides, regum

*Meritò re-
gnat MA-
RIA.*

diademati infixit. Hinc & Nazarena Virago non priùs vitæ conscia, quàm bajula coronæ: regnare incipit, quàm primùm viuere, ac regios fasces ibidem capit ante fascias, vbi Charitum primam apprehendit. Primus tamen December accendit in eam Aquilonis studia, & feruere cæpit Septemtrio, vbi animi votis in nouam Principem caluêre. nempe inter niues pulchriùs rubet purpura, & pruinæ cerussa luculentiùs prodit ad purpuram candidatos. Hyems ergo concipis Septemtrionis Principem & coronat, hyems acclini Carpato adorat, imperaturam latiùs, dum etiam sub Arcto Lechicæ illi obtigit Corona Borealis. Non odit illa & Lechicæ Regnatricis titulum, cui nec imperium vniuersi raro Ancillæ priuilegio liceat detrectare: Aquila hæc grandior & minores fouet Aquilas, parumq; illi assurgere in Libano, nisi emineat & in Carpato. Tot iam suas huc deduxit colonias, nempe quæ in Clari Montis supercilio tot prodigijs coruscat; & quantumuis in Iaroslauiensibus campis meliorem hanc Campi Dominam mœror habeat; adhuc tamen inter lacrymas, quibus inibi Filio parentat, gaudet populorum votis, ipsæq; adeò coguntur

Sceptra in Decembri capessit.

Etiam Sceptra Poloniæ.

Nec gratè:

Mæstæ

Mæſtæ Parentis ridere lacrymæ, dum ef-
fuſa campo agmina ſuæ militare cernit
gloriæ, ſuis mæroribus lætum occinere
acroama. Adeò nec thronus illi viluit,
quem Bona quondam inſederat Regina,
vt iam Bonæ ſuo iure ſuccedat imò an-
tecellat Optima, quæ ſimul in longam re-
tro Ducum Regumq; ſeriem Poloniam
inſcribat, & Ieſſeæ fulgor gloriæ, ac quæ-
dam cognatio cum Primis Palæſtinæ Re-
gibus, totaque adeò Verbi proſapia no-
bis intercedat. Quid verò? Rixam olim
thronus hic acceperat, & non Pacis ar-
bitram? ceu ſpecioſius ſit liti nubere,
coronare jurgia, quàm aureæ Pacis oleas
tranquillis faſcibus innectere? Cæcili-
am ſi recepimus; nec Princeps hæc di-
uinior modulos non ſuauiore inſtruit
harmoniâ, ad quam beato paſſu ac tri-
pudio adhuc in veteri theatro gratiæ me-
tas Ioannes attigit. Intulerit olim Regno
huic Auſtria conſecratum gratijs Annæ
nomen, quod æternaturæ laudis præſa-
gia nobis in Vladislao injecerat; certius
melioris Annæ filia laudis luciſq; omen
portendit. Quodſi & Conſtantia in ſolij
quondam euaſit conſortium, velut hoc
poſſet nomine regnorum felicitas ſolida-
ri; tota hujus vocabuli ſoliditas relucet

Regina hæc Poloniæ potior alijs omnibus.

in tenella Nazareth *Heròina*, quæ ipſum inconſtantiæ ſchema in cæleſti Cynthia proculauit. Nam ſi Elizabeth, quæ Caſimiro Principe regnum cælumq; beauerat, ab auguſtalis Poloni aditu non arcetur; cognatum id Virgini Nomen eſt, & hoc titulo ad eam tota *Lechici Regni* fortuna deuoluetur. Inſuper *Ludouicam* Mariam (quod nomen etiam Eleonorã ex voto libertatis nuper coronatam Principem, & in ea tot Cæſarum ſeriem & Auſtriæ ſidera coronat) Mariam, inquam, Niuernenſem nuper adoptauerant regno liberæ gentis arbitria; ita vel ipſum MARIÆ nomen in ſolium efferunt, vbicunq; illud reperiunt; quidni regnatrici omnium MARIÆ baſilicos faſces deſtinaret? Nec noua poſt regalem Manipulum, hoc eſt, poſt vberem Iagellonicæ gloriæ meſſem horrebit Aquilæ inſignia Palæſtina Poloniæ Princeps: & Lunam non deſpicit, quam pedibus circumfundi ſinit, & pediſequum Lunæ ſiderum agmen radiare patitur in corona. Regium iam & auitum noſtri Principis ſidus eſt *Luna*; cum baſilico hoc Planeta Regnum Poloniæ ad pedes defluat MARIANOS. Sic ſuam calceat Reginã Lechia, nec ſola calceamentis induit inducitq;

Et Inſigni a Regis Caſimiri & Michaëlis apta.

ducitq; Roma Lunas. Dediſcet ſanctioris plantæ contactu modò auctæ, modò diminutæ lucis viciſſitudinem mutabile hoc in cælis aſtrum, in terris immutabile, imò plantâ Virgine conſecratum citiùs attinget gloriæ plenilunium: nec enim ſub plenitudine gratiæ aliud augurium licet capere. Denique ſub his pedibus facilè barbarum Orientem hauriet, vt Orbem impleat & regalem Luna hæc hemicyclum cum regni inſignibus Principi recens exortæ ſuppedaneum.

Reginæ Poloniæ libertas ſeu à primæua labe immunitas.

Sed tamen non ex genio libertatis Septemtrioni Sarmatico Regnatrix obtingeret, ſi vnquam mancipium noxæ foret. DEI tantum Ancillam eligimus, nō piaculi longè à regno & talis Ancillæ titulo tam infamis ſeruitus: Libertatis id Regnum eſt, liberas mentes amat. Liberis qui imperat, & ipſe Princeps liber eſto. Pulchræ libertati innutritum Poloniæ ingenium odit ſeruitutem etiam in Ciue Patriæ, nedum in Principe. At verò quæ libertatis vmbra, vbi mens in cippum neruumq; abijt, quam vel illaqueat propriæ, vel traducis noxæ innectit nodus? quæ mihi libertas aurea, vbi ſeruilibus inuſtum notis ac hæredem culpæ animum ferreâ ſeruitute grauior

 premit

premit arctatq; infelicitas? Parum alio ab auro serenitatis affunditur, si mentem Gratia non inauret. Plumbum est, quidquid auri fluctuat circa pectus, si vellus Libertatis aureæ non insignit. At Gratianus citra compedem esse malis, quàm in hac Aurelius. Quis enim se raptari ferat in vincula, etsi aureâ torque solidentur? quis in compedem, etsi hanc gemmati contorqueant annuli? Nemo Cyrum dixerit felicem in catena, etsi hæc ab argento ducat pretium; vt iam meritò à Sarmatica Orbísq; Principe mancipiorum procul amoliamur insignia, quæ primus in libertatis exitium Adam subijt, nec aliud nepotibus inscripsit Patrimonium, quos cùm filios posset, gemuit culpæ seruos, suppliciorum hæredes. Sic nempe illi hoc ipso non sunt liberi, quia liberi Adæ; & seruile iugum premit, qui hunc Patrem filij nouêre. Quæ verò hæc foret Animæ regnatricis labes, priùs piaculare subire jugum, quā Coronam? non prius in lucem regiam, quàm in fatales humanæ propagini vmbras effundi? torques non priùs nôsse alios, nisi qui mentem torqueant ac seruiliter innodent? Quale id foret solium, in quo sit gratiæ solitudo? Vilescit

purpura

purpura, quam impressus à culpa rubor infami murice decolorat: nec pomum regni sapit aureum, quod Paradisi malus parturit. Orci hæc, non Regni sunto bellaria. Sit ea reliquorum nota probrumque, quòd in his Adæ bellarijs totam voraverint seruitutem, prius eiusdem auidi, quàm nôsse vincula; mortis victimæ prius, quam mori possent; at celsiore Priuilegio Principes, potiore summa Polonorum & polorum Princeps exornatur. Pulchrum illi ab hoc Parente esse degenerem; nec probrosis Adæ nexibus ibi locus, vbi præmatura gratiæ hospitalitas aureis eam monilibus sibi æternùm illigauit. At nec Aquilam tenent vincula, nec ales hæc basilica, vt aliæ, irretitur subuolatura facilè, quò pestilens hydræ halitus non pertingat. Imò & Nostratis Aquilæ Candor libertatis index, nam innocentiæ color est; & cerussa hæc neq; innocens pectus, neq; MARIANA sceptra dedecet. Primigeniam libertatem non meliùs color alius adumbrat, quam qui procul abest à seruilibus notis atro inscriptis charactere. Adeò vel Lechicum insigne purissimo inauguratæ Infantis Conceptui luculentissimè suffragatur. Talem Sceptris adlegit Regnatricem Lechia;

Eandē libertatem adstruit Aquila Poloniæ insigne.

chia; seruam & letalis hæredem contagij non ita exambit. Aliâ dote diuitem formam afferat, si quæ Regio velit honori sic nubere. Prima Principum es in hoc Libertatis imperio? nec primâ libertate careas: cares autem, si à primo & communi reatu mentem Gratia non absoluit. Primus humanæ felicitatis scopulus est, in primum hunc scopulum impegisse. Hinc non vna LechicamDiuûmque imperatricem decet statua, quæ vnica stetit, dum omnes caderent. Marmor etiam victricem loquatur, quæ aggeri essori Stygio in rupem steterit, & per hostile caput pulchriùs omninò pedibus, quàm Roma victrix quadrigis iverit ad triumphum: Sanè Occidentis religio in purissimam Dominatricis Ancillæ originem nunquam par ab Orbe referet encomium. Nemo tantum suæ libertati favit, quantum vel sola Cantabria MARIAnæ. illam cultu & votis, illam stylo & aris asserit, nec in Occidente sue alium MARIÆ Orientem agnoscit, nisi qui noctē & vmbras arceat à Paradisi arbore in Adæ propaginem proiectas. At si Occidens sic Magnæ Principis libertatem adstruit, an eidem non suffragetur Septemtrio? Frigidus foret in Aquilone liber-

Pro hac libertate Zelus Hispaniæ,

Et poloniæ,

tatis

tatis amor, si tam servile Nomen ferat in Principe. Et gloriam regni deterit, coronare mancipia; & coronati verticis probrum est, iugo antea ceruicem seruiliter attriuisse. At Polonia seruos & mancipia glebæ addicit ac ligonibus, nō Sceptris aut Regum vellere cohonestat, nec illis alias secures tribuit, nisi quas in excidium lucorum non quibus ius in capita tribuatur. Adorat ergo Augustam Principem, sed quæ nihil vnquam non basilicum prætulerit ac regale. Seruile in ea tantùm nouimus Ancillæ Nomen, vbi DEO parendum est: cæterùm vbiq; Illa Seruitutis exsors, vbiq; libera. Amat hoc regiæ & plus quàm Polonæ libertatis priuilegium addictus Purissimo regnantis Pupulæ exortui noster Tullius & Apollo. Inter literarios mentis conceptus hic illi vel maxime Conceptus placuit, quo nec dignior Verbo, nec cælitus inauguratæ Principi augustior contigisset. Ita illam Regno Gratiæ immigrâsse censet, vt extra beatum hoc regnum nec momento vixerit. Absit enim vt eam priùs Erebo dignam, antequam throno Gratiæ arbitrere; vel Orci priùs ludibrium, quàm Cæli delicium. Colant reliqui maturiorem in Nazareth; nos in-

Et scholarum.

terim in vtero immaturam vitæ, maturam Gratiæ. etiam hîc iure colitur, vbi nemo Principum, mortalium nemo illâ maior. Raræ felicitatis initia sufficit coluisse; in primo illo momento plurimũ momenti positum: nam & ibi prout prima cessêre, fuêre deinceps vniuersa. Agite MARIAni Conceptûs Sceptriq; Cultores, prima hæc Imperatricis Polonæ immunitas vos à tributo non eximit tributarii tamen Cælesti Heroinæ adhuc vos nullo certiùs pulchriúsué argumento in hac Libertatis Patria liberos profitemini, quàm dum sic liberam, quia plus quàm terrenæ libertatis consciam proni Principem adoratis. *Dixi.*

Peroratio ad Sodal. MAR.

II.

METROPOLIS DIVINA á communi tributo exempta. Seu

B. Virgo absq; macula Originalis noxæ concepta.

NOuam tandem architecta Gratia Vrbem in terris condidit, Auditores. Metropolis hæc DEI municipis est, in qua cultissimæ Humanitatis leges vsu approbat DEVS Ciuis. Hanc & ipse incolere

Theopolis conditur.

colere Vrbem gestit, quasi nec DEVM Vrbanitas dedeceret. Neq; tantæ privilegio Majestatis Vrbs caruit, quale Principem inquilinum, quale nouam Theopolim decuisset. Hîc, si vspiam, DEI liberale ingenium eluxit, vbi novum ius Civile condidit, clausulæ generali derogans, vbi singularis Vrbs erigitur, nisi quòd in tantum non abroget ius Antiquum, vbi Matris rationem habere lex præcipit; cæterùm nouæ leges, vbi & immunitas præter morem, & Gratiæ vltra modum. Equidem si gratiæ pensetur magnitudo, Ius hoc novum tulisse diceris Gratianum; aut certè quidquid gratiarum in eo relucet, per Mare Magnum id privilegij MARIÆ conceditur. Meruit tamen minoribus municipijs potiores Principis fauores: nam & hæc Vrbs Virgo est, expugnata nunquã, nunquam hostile jugum passa. Quodsi priuilegium Vrbis nôsse vultis; Libera est, nec communi reliquis tributo obnexia, par quoad jura libertatis Romæ veteri, nisi quòd illam non vultur stygius, sed Candidi ominis ales Columba prætervolat; nec Tyberis eam alluit, sed pelagus gratiarum. Coniuratus quidem in Adæ posteros & rapinis animorum assuetus hostis ab hæ-

Eius privilegia.

Elusus tributi cõmunis exactor.

ab hæreditario DEI gratiæq; Emporios commune depoſcere tributum attentabat; ſed didicit ſe nullo iure vectigal exigere, vbi tributarius ipſe periclitaretur de capite, adeòq; ſenſit liuidæ temeritatis comitem eſſe pœnitentiam, dum Contritio eius capiti fatalis eum in ſeri doloris pudoriſq; neceſſitatem coniecit. Iuit tamen, fixoq; in proxima vicinia tentorio bellum effuſo vecordiæ liuoriſque ſinu indixit, inde laureæ vel tributi falsò certior, quòd cerneret ſibi confligendum cum Virgine, Ciuitatemq; non aliam ſibi oppugnandam, quàm cui liliorum aggerem ſumma Puritas circumduxit. Puduit tamen armâ intentâſſe, exegiſſe tributum, cùm non arma ſolùm ad pedes abijcere, ſed iterum cogeretur & caput, quod dum beatæ inhiat prædæ, effrons temeritas propemodum amiſit. Sic corruit, cùm Diuinæ Metropoli dignis DEO Ciue immunitatibus communitæ tributum infame geſtit exactor hic imponere. Excitârat nempe hanc opifex architectantis Omnipotentiæ manus, cùm nec firmamentum ſuo ſatis Nomini reſpondiſſe cerneret, quin probroſæ tot ſpirituum ruinæ tanta firmitas obſiſteret, quæ rebellibus Geniorum tur-

Theopolis condendæ occaſio.

mis

mis adeòq; primis coniuratorum afful-
tibus patere cœpit. Non solus itē quam-
uis in fabulis tantùm à Gigantibus op-
pugnatus Iupiter, nec hi contra cælum
primi mouêre bellum. Correximus tam
illustre commentum; non iam monti-
bus, sed coniuratis mentibus oppugna-
turi DEVM à sola scelerum mole veri
Gigantes, fabulosi erroris serij correcto-
res, ferrum, quod duris pectoribus in-
creuerat; ferrum aureæ pacis Principi
Vesani Feciales intentauimus cælo re-
bellia capere ausi arma. Præbebat tela
& venenata missilia aculeatus anguis,
poma in globos missiles iactata, folia in
galeam excreuerant & loricam. In hor-
to castra fixerat vnum par hominum,
non iam vno Hercule, sed DEO contra
duos decertante, vbi non virtute, sed nu-
mero depugnatum, ceu binarius hic eti-
am contra Diuiniorem Ternarium præ-
ualere posset. Ergo noua in terris muni-
tio, novum tibi placuit firmamentum,
futuræ post municeps terrarum DEVS. *Eiusdem munitio.*
Astrorum excubiæ non satis sibi vigiles,
malè tuti videbantur auro micantes mu-
ri, quos subruit præceps superbia; limū
potiùs ad excubiarum aggerem, sed illi-
mem adhibes, quod in molli citiùs vis

hostili-

hostilitatis elanguescat: vrbem excitas cinctã inaccesso turriũ multiplici armorum, apparatu. Mitto vigilias, Auditores, quas ipsum etiam oculatissimum, quia totum oculum, subire non piguit DEVM: taceo Dauidicis munitas propugnaculis moles, quas à longè hostis fugiat & adoret ceu præcipitandus ex illis Astyanax: fossis demum & abyssis coronata hæc Ciuitas, quibus explendis ipsam delabi necesse fuerat plenitudinem gratiarum, imò ipsius plenitudinem Deitatis. præsidiariam si quis manum exposceret, stabat pro vrbis mænibus astrorum etiam vigil acies. Sic ergo instructam Vrbem hostis ille aggreditur, qui adoritur vniuersos, tributum velut iure suo flagitat, intentat minas, stipendium deposcit. Vrbis species hortenses delicias æmulata hosti illuserat, vt antiqua horti fatalis molimina tentaret. nam ita mænibus Vrbs illa assurrexerat, vt Libani perenne ver miti fastigio exprimeret, ac melioris Floræ opes latè funderet. hortum Elysio parem, Hesperidum hortis potiorem, aut nouam Nazareth Florentiam diceres. Illusit ergo tibi, Personate Serpens, vrbis amænitas & hortensis loci fragrantia. vrbem quatiebas,

Ab hac frustra tributum exigit primus hostis.

Cui Vrbs florida & instar hortuli illusit.

bas, & hortulum reperisti, sed tibi minimè vectigalem. Nihil hîc è Paradisi fruticeto; Vbi noua arbuscularum insitio, ex quibus etiam degustet DEVS: plantula vel arbor inuersa hîc nulla; rectiùs inde cælum respicitur. Sophista es, qui Scientiam boni æquè ac mali vni surculo inseuisti, vt in vnico malo vel leuiter degustato iacturam omnîs boni proponeres; sed Hortus hic talîs Scientiæ arbusta non patitur; satis est in eo Sapientiam, quæ DEVS sit, succreuisse: malum & nôsse detrectat & proferre, quod qui decerpit, mortis pabulo inhiauit. Quod si tribuni cupiditas nouam insitionem moliri suadeat; frustra in spem tributi gustulum letalis pomi excites; Hortulus est, alienis & quæ Ditis bellaria sint, pomis non eget; suus illi fructus & botrus sufficit. Quis poma det Alcinoo, vel meliori Pomonæ? Alios sic inescare poteras, at hortus non esurit, nec agrestis syluestrisq́; malus Vrbano conuenit Paradiso. Cave iam infame pensum hinc exigas, vbi nil inseuisti; nempe vbi vita concipi, & Vitis illa gemmare voluit, & in lacrymantis myrrhæ fascem amoris metamorphosi transijt DEVS. Inuaseris quondam Paradisum, vbi clau-

Immunitas floridæ Vrbis asseritur.

stra

ſtra deerant; hic clauſa omnia, & Solæ Gratiæ clauem gerunt, ſoluſq; DEVS Clauiger. Concluſit illum non triplex Charitum manus, ſed in mille gratias fæcundum Numen vrbani horruli ex aſſe hæres. Nihil ergo debet Erebo, qui totum, quo ſe pulcherrimè oſtentare queat, debet DEO: nec duplex beatioris hujus fundi Dominus, nec duplex debitum. Ergo nullum tibi in tam amænam Rhodum, nullum ius in Urbis Nazarenæ Floridam: alias vrbes accede, quas pomi virulenti fame, quas Patrijs earum armis expugnâſti. in hac equidem portæ non patent, vbi vnica duntaxat eſt Orienti vicina, quæ vmbras huiuſmodi, qualis es, natiuo arcet lumine ac propulſat. Ipſe victrici plantæ vectigal dare cogeris, nec aliud quàm caput, quando nihil tibi ſupereſt, de quo triumphari poſſit. Omnibus quidem exutus es, poſtquàm Cælo ac DEO; neque cor tibi relictum; vbi excors voluntatis peruerſio; Caput tantummodò adhuc geris, ex quo Scientiæ boni & mali Arbor; hoc ergo victrici Vrbi exhibe obterendum hoſtis capitaliſſime, ne ſine Capitolio ſit noua hæc grandiorq; Roma. Tributi ne nomen quidem ſomnia, cui ſic eliſum caput

put

put ad somnia iam non vacet. Te verè ô lauruum fæcunda Ciuitas, quæ satis corônet Civica, libertatis aureæ securam, vbi ferrea pæne Parentalis seruitus obrigit vniuersis? Desperauerat vectigalis Erebo tellus posse iam suis vrbibus laurum succrescere; cùm prima posse crescere docuisti. Pudet hostem, cùm semper tributa & triumphalem prædam rapuerit, extremum obtriti capitis dedecus accepisse: vnica illum exilis sternit Ciuitas, qui de Orbe ac tot Vrbibus nullo virium impendio triumphavit. Nempè nunquam Gigantibus in Iouem vel leuis vrbes odia successêre. Ita nullis adhuc Naturæ viribus, sed iam Gratiæ instructa hostiles conatus & vota eludis, Theopolis beata, iamque tibi laureatos fasces præfert gratia, & hostem fatali ictu obterenti suppedanea Lunæ cornua triumphalem tibi Arcum instruunt: denique & Victricem te adorat orbis, quæ antequam præliari posses, triumphum cecinisti; & liberam, quæ infamis iugi ac tributi expers, quod Vrbes reliquæ ceu Paradisi coloniæ persoluêre. At exornet te sanè Diuinæ vrbi congrua immunitas, nos tamen tibi perenni esse cogimur sub tributo. Nec jugum excutimus, tantò liben-

Præconium immunitatis

Huius Vrbis tributaria Sodalitas.

libentiùs tuis primordijs debitum cultûs tenerrimi vectigal impensuri, quantò pulchrius est, esse Vrbi tam liberæ, vrbi tam beatæ, Vrbi Virgini vectigales. Dixi.

III.
SOL SINE MACVLIS, LUX VMBRÆ NESCIA,
Seu
Panegyricus absque piaculi Originalis macula Conceptæ DEI PARENTI.

Illustris Fœtus Gratiæ.

Illuxit tandem primæ magnitudinis sidus in animato Palæstinæ Cælo, dum in beato gratiæ seu Annæ gestientis vtero, Auditores. Nesciunt aliud, quàm æmulas cælo faces gignere innutritæ splendori animæ, nec vmbras educat domus siderum vel lucis Patria. Hinc admirabilem horoscopum in lucem gratiæ prodeunti MARIÆ accendit æther, quo

Splendor MARIANUS.

solem in trabeam, stellas in tæniam, Lunam illi destinat in cothurnos, testaturus, quidquid vspiam serenitatis aciem everberat oculorum, totum in ea velut luminum cælique compendio reperiri,

Quis

Quis iam fictitium Pandoræ decus affe-
cerit, dum in vnius Virginis cultum tot
lucis prodigia congeruntur, adeòque in
mundum ei muliebrem Mundus illustri-
or totus cedit? Non quantalibet illi suf-
fecit serenitas, quæ ipsum postmodùm
esset paritura Solem; nec satis conser-
to è stellis diademate conceptam Lucis
Parentem astra comerent, nisi tota gazæ
radiantis æraria simul æther prodigus ef-
fudisset. Malè terrã illæ premerent plan-
tæ, infra quas cælum sese Lunamq; abij-
cit. quamvis nusquam aptior Lunæ lo-
cus, quàm sub pedibus; cùm & omnem
in Luna luminis inconstantiam deceret à
terrenæ vmbræ nescia conculcari, & in-
feriùs defigi nõ posset nocturnus hic pla-
neta, quàm sub Sole. Lambat plantæ il-
lius vestigia, si velit suam solidari lucem:
calcetur, cujus crebrior eclipsis vt pro-
brum non effugit, sic reijci meruit infra
pedes. An enim natum noctibus præesse
astrum cornuto & tenebris amico lumi-
ne pro sole Corpus ambiat? Infra illud
est, quidquid noctem & tenebras amat.
vt mittam, quòd nullæ in stellatum caput
tenebræ possint irrumpere per præmuni-
tam Sole viam, quas ille priùs Phrygio cæ-
li textu paludamento Virginis intextus

suâ

suâ expugnaret face, quàm illæ altiùs micarent. Denique Eclipticam illa nouit, nisi quatenus iter solis est in terra per vterum illabentis. nec enim tam illustrem Eclipticam abesse decuit ab vmbra illa Spiritûs; nec à Zodiaco, qui in exortæ Virginis coruscat vertice duodenis Stellarum insignibus fulgurante; nec plura sint lumina, quæ per viam Solis, quàm quæ in fronte Virginis accenduntur. Sed quò hæc siderum allegoria? nempè, vt à tuo, Nazarenum in Anna sidus, primulo exortu tenebras omnes arceat tibi vectigalis Oratio. Nullum tibi cum vmbris commercium, quæ sole circumfusa Solem insuper Orbi dabis. Vnicam in te vmbram, sed meridie sudo clariorem agnouimus, quâ æstum in te concepti Solis Diuinæq; incendia Charitatis inumbrans Virtus altior occultauit. Parabat tenebrionum Princeps æquè Orienti tuo fatalem nebulam offundere, ac primis mortalium offudit cunabulis; & vicissent tenebræ, nisi tecum, idest, cum Sole trabeata lis fuisset. Emersura videlicet non erat semel cum Adam in ligno naufraga terrarum felicitas, nisi te vnicam constantior, quàm Paradiso affulserit, lux circumfunderet, quæ exitiales

Allegoriæ elucidatio de Imm. Concept: probatur

tiales

tiales primis vitæ auſpicijs ſcopulos pu-
giori ſola radio detegeret, tenebras pro-
fligaret. Ceſſit tanto impar lumini tra-
ducis vmbræ conatus, noctemque indu-
cere haud potuit, vbi perpetuus dies eſ-
ſet. Non ita noctis Principem Lunam
in Virgineæ plantæ admiſeras ornamen-
ta, vt in te nocti quidpiam ſole præſen-
te fas eſſet. Vt Lunam, ita & lunæ vecti-
gales calce proteris triumphaſq; noctes,
ac vmbram timere non potes, quæ diem
invehis cum aurora. Fruſtra ergo tui
conatus contra lucis ſiderumq; hæredẽ,
æternùm tenebris mancipate Orci lauer-
nio. Fatales Paradiſo terreſtri tenebras
induxiſti? non item cælum hoc etiam
pari caligine temerabis. Nũquam minus
tenebræ dominantur, quam cum Sol
Virginem limbo auguſtiore circumiit,
illiq; ſeſe in Cycladem refingit. Solem
nè vmbris parentalibus, vmbra ſtygia,
oppugnes? vltra humanam Xerxis amẽ-
tiam multis antè ſæculis deliras, densâ
telorum nube in cælos temerè coniectâ
Solem terris eripere an impetere geſti-
entis. In tuum veriùs Caput detonas,
nam --- *Solem nulla Sagitta ferit*, nulla
etiam obſcurat. Nec in plane inermem
incideras, cui tot tela, quot radij, quibus

de noctis satellitio Sol pharetratus triumphet. Quodsi pergitis exortui MARIANO insidiari, Auernales tenebræ, iam ille radium pro telo euibrat Orbi Oriens, vobis occasus At excludit primam caliginem talis Oriens, nec illam obtendi patitur intra prima Purissimæ Lucis tentoria. Et certè in ipso Gratiæ sinu nec vlli Matrum Concessis fulgoribus eductæ quid cum piacularibus vmbris commercii? Patris luminum illustris fætus est Gratia, nec animum labis aut obscuritatis authorem patitur, nec hæredem; vt proinde meritò ab hac ipsius Gratiæ partum Nazarenam Virginem vendicemus, quæ & bis exorti Solis nutritia Parensq; , & eadem cælesti obductus pessulo gratiarum Hortulus, quẽ hoc ipso gentilitium vitij afflare riuus nequeat, quod inter florum herbescens spectaculum in eo defluant riuo liberali opobalsama. Laurum quidem inter arbores sibi cæli opifice manu insitas non numerat, quia & Virgo sine pugna hodie vincit, pugnat sine cæde, sine vulnere triumphat; cùm tamen laurea Victorem tantùm coronet, si dimicet; triumphanti prouenias sed sæpius cruentato; pullulet, at cælorum rigata sanguine;

Allegorica digressione idẽ probatur

nempe

nempe triumphalis laurus vulneribus crescit, alitur cæde, funeribus viret, emitur ferro, ense metitur, Victori vix provenit incruento. At sufficit ad triumphi gloriam hoc in Hortulo Palmam crescere, quæ sine pugna etiam de primo Erebi assultu decerpatur: Sufficit virere Oleam perpetuum Pacis insigne, sufficit vernare rosas, nativo depicta argento lilia candere pulchra primævi candoris symbola. Sed quò me suaveolentes Gratiarum horti ab allegoria lucis abstraxêre? adeò nè in fæcundi acuminum cælestes radij, vt ea de Sentibus Rosæ lilijq; venustatem tantæq; regnum pulchritudinis munientibus libeat mutuari? Nisi fortè, quàm hodierna lux exhibet pièq; sentientium tuentur ingenia, prima exortûs MARIAni pulchritudo modò genuinam narcyssi induat cerussam, modò in lilij assurgat Majestatem, modò in Dominæ titulo turpem primi criminis eludat servitutem, modò in Libri Verbo Abbreviato inscripti allegoria limam omnẽ nesciat ac errata; modò in Solis lucisque similitudine vmbræ primigeniæ notam luculentiùs excludat. Revocat me tamẽ ad se inditus MARIANO Conceptui luminum Solisq; fulgor. non enim audio,

Neoter.

Digressionis ratio.

Solis cælestis maculæ.

 quod

quod in Sole advertit Mathesis recentior, in quo notavit aliquas ac in tabellam retulit è Solis disco maculas, solertior omnino indagatrix, quid tam benefico in terras sideri natura probri appingeret. Quid Astronomo

Intaminatis fulget honoribus,

Hor.

quando & Solis vultum deformant maculæ, tantamq; contaminant venustatem? an minores suadent rivuli, quando & ipse fons diei sic limum trahit? Sed adeòne, Astronomorum occulatissime, Orbis dieiq; Oculum appictis hinc inde siparijs inumbras? ad maculas Solarem vultum tui condemnant tubi, quo nihil vsquam puriore intermicat sereno? At si aliquæ sunt, quæ Solis diurni profanant infestantque pulchritudinem nubeculæ; in hoc certè, qui terris tandem in Annæ penetralibus exoritur, ne tu quidem eas admiseris. Divinior hic Titan longissimè abest à macula, cùm, quod gignit Gratia, esse longè deceat à noxa partum gratiæ enecante. Sua proinde inter commenta referat vetus ac recens Pòësis, ipso in Oceani gurgite, Solem diurno à pulvere ac sudore frontem eluere; à nostro id sole alienum, cui nihil penitus inhæsit, quod Neptuni spongiam vel thermas piaculares

Cur In Sole no So nullæ?

aculares exigat, ne atomus quidem radijs oberrans. *An enim vllus maculæ sit* superstes locus, vbi humanâ defæcatior imò nescia vetustæ fæcis Puritas omnes animi recessus occupavit? Nævum haud quaquam reperias aut nævi vestigium, ubi jus integrum sibi vendicat Pulchritudo. Delicatum est Venustatis regnum, nec purulentum vlcus patitur, nec levius formæ vulnus; hoc formæ liberali adjice, totam oris elegantiam expunxisti. Adhæc quid cum infami mortis mancipio intercederet. Vitali Verbo? tam nobili Gemmæ cum infami concha? luci cum Pharia pæne vmbra: Eximium id, Virgo cælis mundior, & tuum, sic te primo vitæ crepusculo meridiem attigisse, vt ubi reliqui noctem inueniunt, tibi sudum offulserit & quoddam lucis solstitium. æstiuos etiam in Decembri tu experta Soles, ubi reliquos fatali frigore iners pruina decoxit: deniq; Vni post natos homines non priùs in lucem, quàm in tenebrarum ergastula effusos, tibi cõtigit, ut tenebras in tuî consortium nunquam admiseris, Lucis Filia Parensq; Serenissima. at non humanæ facultatis ea feliciras est, ibi ortum innubem auspicari, ubi præceps certior sit occasus. Diu

vel inter illuſtres Divorum animas requi-ſiîmus tam illuſtrem; ſed alteram te à Filio Matrem novimus, cujus animus ra-riori prærogativâ nec labis in ſe admiſe-rit propriæ, nec nmbram traxerit alie-næ. O manè illud meridianæ Solis facu-læ non impar! ô Decembrem Auguſto Julioq; auguſtiorem, qui ne breviorem Solis in cælo moram parciùs reſarciret, geminos terris edidit neſcios um-brarum & maculæ Soles, quorum alium Annæ uterus prægnante ni-fallor æthere universo dabit, alium Taurum inter & Virginem extra cæle-ſtem Zodiacum oriturus. Decembrem tantùm is ſiderum concurſus ſerenavit; patuitq; omnes alios, quoſcunq; ab Octa-viano Auguſtos, Julios à Cæſare, à bifron-tis Jani auſpicio Januarios celebravit an-tiquitas, illo minores fuiſſe: Fuerint illi Cæſarei, hic ſacrâ quâdam apotheoſi Di-vinus. Adeò Menſes etiam tuo Conce-ptu tenebris inacceſſo auctiorem nativâ lucem concipiunt, Soli gemina Virago. Quanquam quòd Auroræ ad inſtar ante oriturum illum oriare Solem, etiam Au-roræ nomen radioſq; præripis, niſi qui Auroram à Sole diſtinguunt, quod exi-gunt inter illa diſcriminis, intelligant

Decẽbris encomiũ.

phraſis Leonis Sanctij.

ætatis

ætatis illud esse, non rei, veluti Aurora foret Solis quædam infantia, eiusq; splendidum ætatis diurnæ rudimentum maturi antea quàm nati; aut certè primus Divinitatis radius, quædam supremi luminis prælibatio, aurea jam proximæ lucis dieiq; particula, dicam ampliùs, tirocinium Deitatis humano jam sanguine purpurascentis. Exorere iam Orbis Phosphore, meri Superûm lepores, generis humani veriores præ Tito Gordianoq; deliciæ. nullæ te circumstant tenebræ, adsunt mera duo lumina, hinc Ioachim, illinc Anna, & lucem hauriunt vberiùs, quàm dedissent. Circumstant etiam hîc tuis afflati radiis novi Memnones in tua vocales præconia, primæ tuæ Serenitatis cultores; qui Phænicensium morem imitati pulchro secum certamine, pulchro colluserunt ambitu, quisnam eorum primus te cerneret Orientem, etsi Commune Orbis spectaculũ æquè benefico universorum oculos feris radio & oblectas. Ergo eâ luce illis mihiq; affulge, quam vel hodie non tam in utero, quàm in numeris orta fulgoribus hausisti, vel quam à te Solem induta liceat exspectare. Dixi.

Guinis.

Peroratio

IV.

CONFIRMATIO IN EXORDIO Seu

B. Virginis vixdum Conceptæ confirmatio in Gratia, in Festo Immaculatæ Conceptionis ejusdem panegyricè proposita.

Exordiũ vitæ MARIanæ nõ vulgare,

PErorat hodie DEUS Orator stylo gratiæ in MARIA, Auditores. Nec lege Oratoribus communi adstringitur: nam aliter commune fit vitæ exordium, quam tradux è Paradiso virus enecat; aliter MARIAnum, hoc ipso optimum, quòd nesciêrit Malum Adæ. Alias quippe leges artifex habet DEUS, cùm in Gratiæ opificio elaborat, & supra vulgare Naturæ ingenium artem provehit, quam venustat summa perfectio lucisq; copia etiam inter obtentas operi umbras & celatum diuinitus artificium. Non sic tamen Rhetorum sanctiones Numen abijcit, quin aliquas beato usu comprobet non enim omnino exlex Diuinitas; ubi ad intimam raræ venustatis ideam opus explorat, vel augustius quiddam æquitas causæ aut ratio Matris postulat

suo

suo jure. Hinc grandiorem nec usitatum adhuc adhibuit Conceptum in prodigioso Nazarenæ Virginis Conceptu: à visceribus Causæ insolens duxit Exordium, dum ab Annæ utero, MARIANÆ vitæ exordio Confirmationem simul in Gratia permiscuit. Nempè soliùs Omnipotentiæ artificium est sic ordiri, quia solius etiam sic confirmare; ut proinde hic Gratiæ Conceptus in Verbi ingenium refundatur. Ergo nova ordiendi methodus à nesciente alioquin exordium DEO adhibita, cùm vix aliter DEUM inchoare deceret prima Publicæ salutis auspicia. in primo vitæ velut Orationis vestibulo quæsita insinuatio in gratiam, vt sese paulò pòst in uterum dignius insinuaret DEUS. deprompta initio argumenta, quæ hostile Caput impeterent; quamvis non fortiùs argumenta hostem opprimerent, quàm triumphalis planta, quæ nondum consistere, & jam poterat obtritu capitis triumphare. Obstupuit hostis, quòd eius vires eliderent, convelleret ingenium non tam linguæ aut argumentorum conflictus, quàm pede inflictum vulnus, pondusq; tam tenero calce impressum. Ita pristinæ refutatio servitutis momento peracta est, nec uni-

Coniunctū Confirmationi in gratiâ

cum primumq́; inſtans ferre potuit Verbum, quin pro Domo ſua ſeu futura Parente in hoſtem inſurgeret, & Virgineæ plantæ impulſu hoſtile telum in caput retunderet. Poterat planè dici ex abrupto tunc incepiſſe, dum hoc vitæ Maternæ initio longam perditorum ſeriem interrupit. Hinc nec Commune id Exordium, quod ſolius venuſtat MARIÆ primordia; nec Vulgare, quod eam è vulgi fæce ac perdita mortalium maſſa eximit; nec longum, quod primo vitæ contigit in momento; niſi Separatum velis dicere, vel ſupra mortalium ſortem Cõmutatum. Quodſi vt domuum propylæa, ſic orationum veſtibula ſplendidior commendat apparatus; vel minimæ hinc Vmbræ procul exulant: ſi numerus illuſtrat oratorius; tota Divina Trias hîc unicè laboravit (nam numero attendere placuit, ubi inordinatum nihil) ſed tandem in vna Hypoſtaſi huic ſeſe Procœmio Verbum ingeſſit, à quo mille gratiæ, mirus lepos, & tota exordiendi ratio profluxit. Sic ordiendum fuerat ante recentium procœmia gratiarum! ſic prôæmiari DEUM decuit, cui prima etiam ſermonis elementa, Solida vis confirmat. Quorſum enim lenta ſemper gratiæ molimina?

Nulla in hoc Exordij vitia.

Congruẽtiæ pro hac ſentẽtia. 1ma.

limina? quorſum beneficæ mentis ma-
nuſq; cunctatio? Nec ars perfecta, nec
gratia inſolens deliberat: naturæ lenti-
ùs eſt agere, non vivacioris gratiæ. Rarò
humanam laudem excedit cunctatio; at
inoffenſa pernicitas gloriam præcerpit.
Sed neque vulgum excedit lenta venu-
ſtantis animum Gratiæ ſucceſſio, & lon-
gè poſt vitæ aut mortis potiùs procemi-
um. Quiſquis illam interjectâ exordio
mortiſq; ſpatio morâ pòſt recepit, odij
meta fuit, priùs commune virus fatumq;
expertus, quàm vitæ anhelitu reſpirâſſet;
contra Exordij planè leges non bene-
volentiam meritus, ſed odia. Tanti eſt
vivendi principia ſecreviſſe à gratiæ fir-
mamentis! Infame id Rhetorum genus
eſt, ubi ſine formatrice Gratia forman-
tur exordia minimè cæli plauſus meri-
tura, cujus ludibrio patuêre. Malè, ubi
Serpens ſe priùs inſinuat, quàm Gratia;
ne exordij DEUS artifex, ſed Orcus;
ubi decerptum ab arbore illa malum be-
nè dicendi artem corrumpit. Et tamen
quiſquis peroravit hactenus, aliud neſci-
vit exordium, commune tantùm reli-
quis non ſine perenni animi labe forti-
tus, ſtygio pro Paradiſi roſtris Hortenſio
ane rudiſſimam artem inſtillante. Inde

 nova

nova hæc infelicis facundiæ processit ratio, inde humani ortûs primordia sine Confirmatione tam felici, cùm è fatali arbore, quæ solam protulit Scientiam mali, Rhetor pessimus declamaret eâ vocis contentione, quæ hucusq; aures vniversi feriat, cùm vniversorum animos pridem per Adæ aures grauiter vulnerâsset. Quidni Adam nefariâ imbutus arte, quàm in nepotes transfuderat, à rostris damnaretur ad rastra, qui vitam excolere nescijt, colere terram jussus?
eda. Aliter tamen hodie DEUS loquitur, dũ inchoatam vitæ periodum non popularis gratiæ, sed rarissimis insignit argumentis, velut DEUM etiam inter homines vulgaris pigeat exordij, nisi vel semel specialiùs ordiatur. Nec hostilis obfuit conatus, qui se initio dicendi seu potiùs vivendi velle opponere videbatur; nam facilè prima hæc elusit Sophismata paritura Verbum Infans; nil hostile Caput vel contra Virginis imum calcem Ruditatem (nam rude sit necesse est, quod cum Adam desipuit, etsi Scientiæ arborem degustârit, dum unico pomo beatam abligurijt silvam) ruditatem, inquã, tot sæculis iam inolitam persuadere haud potuit, ubi tam maturum Primæ Gratiæ

magi-

magisterium omnem Veteratoris industriam antevertit. Patuit tunc novæ Orationis Status, cùm in *Hydri* capite Divina constitit Virago! stetit illa, vbi omnes corruerant offendiculo cruentati, cùm aculeum infixisset Virulentum draconis Caput. Neq; defuit solidum robur primo passui, quem insolita cæli vis stabilivit. Solidè namq; firmantur initia ducto ab Omnipotentiæ viribus argumẽto, quæ hostem repressérant in primis vitæ auspicijs præfocare gratiam molientem. quamvis nec totâ Omnipotentiæ vi opus sit, vbi perimendus anguis, arcenda fati violentia; quando & plantâ hostem conficit, nec manu consertâ, sed pede per ludibrium impacto etiam Virgo vincit. Nec à congruo deerat argumentum ad Confirmationis urgendæ imò nec ad unicum instans differendæ momenta: nam par erat, ne rueret unquam, per quam erigi cæpit Orbis. Quare in exordio statim mirum eluxit artificium, ubi Gratiæ tam præcocis miracula: ibidẽ tot lumina Oratoria, quot sidera conceptam ambiunt: ibidem omnium complexio gratiarum, quæ ut sparguntur viritim in omnes, ita huc affatim confluxêre: ibidem Commutatio mali Adæ in

3tia.

Ornamẽta huius Exordij.

bonum universi, item primi erroris Correctio, & oppositæ Orci ingenio Antitheses, flos demum totus & Suadæ beatioris medulla hoc in uivendi procemio, cui per suavius Gratiæ illabentis ingenium innexa Gratiæ Confirmatio; qui conceptus cælestis omnino est Rhetoricæ semel adhibitus post Euæ rudimenta, quæ de ligno Scientiæ decerpsit insaniæ bellaria, fructum mortis. Porrò Inventionem talis Procemij non alia, nisi ejusdem Gratiæ condit dispositio, dum specialior molitur Providentia. Elocutio quidem adhuc in vteri rostris nulla, sed ipsæ Charites loquuntur suaviùs pro tacente, nec aliter nisi ut locuturum in carne Verbum exigit. Piaculum quondam in Areopago fuerit uti exordijs, ne hâc illecebrâ Iudicum animi caperentur & in transversum agerentur; at sine tam insolenti Charitum exordio MARIA minimè Verbo uterum persuasisset. Ad suas iam damnatus tenebras Areopagus, & epilogum habere meruit, qui exordijs forensi eloquentiæ interdixit; hodie in causa Capitis Conterendi fatale Orco exordium adhibetur, quia non in tenebris, sed in luce Gratiæ peroratur, nec coram alijs Quæsitoribus, sed ubi iudex ipse simul est actor, simul

Patro-

Patronus, mox & Filius. Felix tu planè tam felici vitæ gratiæq; exordio, Concepta hodie Verbi Parens! Correxisti nostræ Orationis (nam vita quædam Oratio est multis interpolata antithetis) vitia, simulq; infamiam instillatæ in Paradiso eloquentiæ abstersisti. Vel vnam te saltem sapuisse decuit, ubi desipuêre omnes: vnam te feliciorem reliquis, quos plena gratuitæ Confirmationis felicitas destituit. Ita & DEUM futuræ Matris primordia confirmare, nec te vitam decuit aliter exordiri, quàm quemadmodum, priusquàm concluderem, dixi.

Conclusio de Exordio.

ORATORIS MARIANI PARS II.

Argumentum:

Legatio Cælestis, & titulus Diuinæ Matris.

SODA-

I.

SODALIS MARIANVS DEVS-HOMO

Seu Solénis ad Corpus Verbi susceptio

In Festo Salutatæ ab Angelo DEIPARÆ Sodalibus MARIANIS panegyricè promulgata.

Origo cōcupitæ Sodalitatis.

TAm nobile MARIANI Sodalitij Corpus est, ut DEUS etiam in Corpore cerni velit, Sodales MARIANI. Paradisus primam hujus injecit illecebrā, ubi Scientiæ arbor sola mortis produxit bellaria, cùm adhuc in obsonia deesset Caro. Deitatem integram in letali bolo glutire ambiît arrogans Parentum gula; cùm in gulæ remedium etiam DEO ipsi aptior visa Caro. ut mittam, quòd dapsilis Verbi mensa Corpus in publicum Vitæ alimentum postularet. Ergo ne vetus diu famescat ambitio, in Corpus solemni ritu recipitur, dum terrigenarum inter Nomina inscribitur Verbum, postulante id à Nazareth Cælo; à Virgine, Cælesti Mercurio, incorporatum hoc ipso, quòd præter naturæ seriem Incarnatum. Nemo ta-

Circumstantiæ initi Sodalitij.

mo tamen sic illud Corpus inijt, quia nemo sic uterum, in quo ita domicilium fixerat, ut extra Empyreum esse non desiêrit. nam & Corpora longiorem ultra se Umbram prouehunt Sole in terras proniùs illabente. Quia tamen Corpus exsangue noluit, ut mori ceu victima olim posset; ex eodem, in quod pleno demissionis ritu admittitur, Corpore hausit sanguinem Sodalis idem, qui Filius, & per originis Maternæ seriem homini in primo gradu Consanguineus. Sic prima Sodalitij fœdera sanguine sanciuntur, quasi infirmior nexus sit, nisi Divina cognatio intercedat; nec humana felicitas pulchriùs radices agat, nisi hæc consanguinitatis arbor implantetur. Cognatum igitur MARIÆ Verbum in sanguinem simul influit, dum in Corpus delabitur. nempe vita etiam Corpus refugit, in quo exsangues marcuêre artus, aut dum vitalis fons sanguinis exaruit in venis, ex quo derivat mortalitas vitæ ductum. At in Corpore nec servilis formæ ratio DEO displicet, Matre Orbi imperaturâ Principe Ancillarem titulum adoptante. Nimirum etiam hæc proles uterum sequitur, & mira titulorum miscetur dignatio, ubi semel in Sodalitij tesseram concessit

Deitas,

Deitas, amoris imperio compulsa Angelico renunciare consortio, vt hominum iniret commercia: immensitatem veluti contrahere, vt Sacrarij MARIANI angustijs caperetur. Agite, Mancipes MARIANI, cælesti calculo vestra hodie probatur auctoratio, DEVS etiam Sodalis est ab utero MARIANVS; idcirco in Corpore, quod Homo, Sodalium vel ideò primus, quod Virorum penè novissimus, tantò nunc etiam maior, quod esse minimus non dedignetur. Creverat iam plena luminum gratiæq; Luna, quæ solem reciperet, etsi adhuc minor tunc, quàm ut tantam Verbi etiam Abbreviati demissionem contineret. Differri hæc prodigia debuêre, donec illam nova plenitudo gratiæ dilataret, ut post tam felix plenilunium fieret plena DEO, & Virginei cætûs felicitas in altum provehere-tur ab Altissimo eidem sese iure Filij addicente, cui se certatim mortalium nomina sacravêre, adeòq; nec tirocinium Humanitatis erubescente DEO in Albo MARIANO. Quare grandiorem è Cælitibus præmittit Tullium, qui pro Domo sua peroret; non quòd commendatitijs egeat Flos ad Hortulum, Sol ad Auroram; sed ne à Sodalitij more abeat

Angelus pro recipiēdo Verbo perorat.

Maxi-

Maximus legum Vindex. Nec Angelica diu laboravit facundia, ubi tot laudibus, tot oraculis aditum aperuit. Suadebat, non detrectare jus in Filium, qui Patrem inter homines nôsset neminem: Servile Corpus inducere Regiâ *Dauidis* trabeâ induendo: recipere DEI obsequia, si beneficia reponere voluisset. Par equidem est (inquiebat Orator Empyreus) vt post tot *Lumina*, quibus ipsi etiam Soli lumen intercipis aut extinguis, DEUM effundas in lucem: porrò effundere non potes, nisi Sodalem habeas DEUM, cujus radios sic in orbem jure Maternæ Sodalitatis imò potestatis dispenses. Vmbræ tot præcesserè, tu Solem Orbi profer: at proferre nequis, nisi ante ortum, purpurascentem illi à cognato sanguine auroram præmittas, & conceptam lucem tantisper foveas. Quamuis adhuc nec tu sine Vmbra, quam tibi afflat & obtendit Diuinum Flamen; nec Verbum illustris alioquin fætus vmbram refugit, dum esse gestit in Corpore, cuius pedisequa vmbra est. Adhæc si Liber es, benè congruit Libro Verbum; si Mare, hanc etiam Gemmam fore, si hortus Elysijs beatior, cui aptiùs inscriptus Regum Nomina Flos inseratur? Prima hæc in

florida

florida Nazareth condatur Sodalitas, primus in eam inſcribi poſtulat Nazarenus. DEUM ab animo excludis, ſi Hominem hunc utero non dignaris. Ancilla non es, ſi te cæleſtis dignatio non reperit obſequentem. Surgit illa, & antequam ſe plenam gratijs inaudiſſet, tribus Gratijs maior viſa eſt peroranti. Quid tibi tunc animi? quid facundiæ, Divine Orator, cùm etiam tacentis modeſtia te attonitum, ipſa rubentis ad præconium vultûs Majeſtas propè elinguem grauiùs perculiſſet? Primam illa Sodalitij legem exquiſiit, quæ verecundiæ decus tueretur. Puduit Florem DEVM recipere, ſi roſas & lilia excluderet; nec Matris tituli placuêre cum parricidio pudoris; aut Regnatricis inſignia, niſi pudor eſſet in Purpura. Si nova erigatur Sodalitas, vult erigi condiq; Virgineam? Si Nazareth in eam deligitur, tam florido amica nomini roſas amet tum in hortulis, tum in genis. Album hoc candidis duntaxat Nominibus inſcribendum, & quod candorem à lilijs mutuetur. Malè Concluſus (inquit) credat Hortulus, ſi vernantis lilij candor illæſus excluditur: malè gratiarum Oceanus, ſi Venus etiam hoc in Mari, idemq; obtinent littus Nymphæ, quod

Lex Mariani Sodalitij.

Obiectio MARIANA.

quod Gratiæ. tali equidem Horto Narcyſſos inſeri, talem Oceanum limum haud trahere decet, cui ſolem aureum aſtra immergunt. Quæ mihi Sodalitij fœdera, ſi pudoris fœdera convellantur? quæ anguſtiæ, Immenſitatem excipere, quæ ſimul Puritatis integræ conſortia pati neſciat? At Virgineæ Sodalitatis corpus, carnem odit.

Refutatio Angelica.

Sed promptiùs in leges & vota Cælibis Heroinæ conceſſit cæleſtis Internuntius: Nullam ſomniaret labem, vbi Fons ille argento purior illimi ſcatebrâ illabetur nullum candoris opprobrium; vbi Agnus lilijs ineſcatus appromittitur: nullum verecundiæ dedecus extimeſceret, ubi Conſanguinea Verbi Humanitas adderet purpuriſſum. Quid verò, inquit, periculi juratus integritatis amor reformidet, ubi Virtus illi altior ruit in ſuperias? quid ardores lilia pertimeſcant, ubi Ros diuinior & Vmbra cælitus ruens æſtum temperat ac defendit? Nullibi ſecurius degit candor, quàm ubi candorem albida intendit Verbi Caro: nullibi tutiùs regnat pudor, quàm ubi Verbi ſanguine miniatur. Quodſi ſterilitatis probrum à ſenectâ depulit, conſcio primævæ felicitatis candori majora præſtabit

Receptio Verbi ad Corpus.

bit prodigia: plus debet, plus impendit Matri, quam ſterili cognatæ; plus Verbo debet Gratia, quàm Voci. Siſte jam Orationem vel abrumpe, Divine Mercuri; ſatis in cauſa adorandi in carne DEI peroràſti: patet iam Oſtium nulli pervium, & aurei poſtes in tēpora deflectenti Verbo referantur. Tu verò, delapſe cælitus ſodalis, in corpore ſubi Humanitatis tirocinium: nec enim tirocinium Æterno etiam repugnat, uti nec Verbo infantia; & poſtremas tibi perſuaſit demiſſio, cùm te profundiùs in cor imum terræ ſacratioris deprimeret, vteriquè abyſſo reconderet? Quæ verò inibi non exarsêre pietatis incendia? qui æſtus Charitatis, ad quos cælite Vmbrâ Virgo indiguit? Nulla tibi tunc, niſi tua patientis inſignia in Votis: etiam tunc in deſiderijs tibi Corona è ſentibus in ludibrium compacta, quæ nondum in capite funeſtas egerat radices, ſed animum cruentavit: flagella tunc nondum in Corpore, iam pertuliſti in mente, Matris ejulatui vel in vtero intentus, cùm Golgothæ probra prænoſceres, in corde Virginis velut initiatus ad victimam Sacerdos, amoris perpetuo diſtentus ſacrificio. Quin & Orbis Conſciēntiam diſcutere

Alluditur ad exercitia pietatis in Sodalitio

tantillus poteras, nisi postponere placuisset hoc in reos tribunal: potior tunc Indulgentiæ tibi usus in Ioanne Adæ vinculis absoluto, vno ex Sodalium Maximis, nempe quo majorem haud unquam tellus viderit tuleritque. Talibus intentum Sodalium Principem quis non primis fascibus destinâsset? Nihil quidem lucis affunderent terrarum insignia, cui Cæli etiam augustal viluit; certè ab eo recens caperent ornamentum. Crederes extra Romam Censorium à Mundi Arbitro arreptum munus: Clamantis Vocem primò audierat, & in illo tradux flagitium aduerterat Ioanne; hinc ad Iudicis accessum reus puer ipso intra viscera motu trepidare, donec ad MARIANÆ vocis concentum liberior exiliret. Sed vix quidquam *MARIANO* Sodali fuit promptius, quàm affectam Orbis valetudinem solari, ubi nihil non ægrū repererat, quod non pestilens Serpentis virus à tot sæculis afflavisset, iamq; tum etiam de letali hydræ halitu triumphâsset cum nondum maturuisset signo, in quo vinceret, olim in Golgotha evolvendo. Quanquam & annuli curam illi adhæsisse arguit Fons ille signatus; delatum & ærarium interior MARIÆ gaza indicat.

Alluditur ad officia Sodalium.

indicat. deniq; cùm Oracula funderet, etiam cùm loqui haud liceret; consilia, etiam dum taceret; præesse tamen tunc noluit, qui Regis vocabulum indictâ sibi postmodum fugâ penitùs proscripsit. Sed cùm ad ipsa pervenerim honoratæ Virtutis fastigia, nec mea potest altius eluctari Oratio. Quò MARIANÆ Pubis evaserit celsitudo, insertum illi hodie Verbum loquitur, etiam cùm intra uterum tacet. Eadem illi Ancilla, quæ nobis Domina, de qua plura in præsens dissererem, nisi cùm in Corpus Gabriele Nuntio cooptatur, id est, cùm Verbum ac Immensitas Cælis capaciore utero cõcluditur, mihi foret pariter concludendum. Dixi.

Peroratio

II.

VNIO

In Mari Gratiarum MARIA repertus Seu

Oratio de Salutata ab Angelo Virgine Matre, ac Vnione Verbi Hypostatica.

VNionem, & Mare concipit MARIANVM, Oceani hujus afflati gratijs Auditores. Nullo in littore par gemma leg tur,

Vnio singularis.

legitur, quia nullibi extra illud par Vnio. Neque sterilitas probro est Vnionum plurium infæcunda; nam haud ulla major fæcunditas, quàm quæ DEUM vel semel parit. Sufficit ad abolendum sterilitatis dedecus semel extrema hæc nexu admirabili vniîsse. De pretio multùm decerpit copia; vnitas verò persæpe est pulcherrima gloriæ solitudo. Hinc singularis Vnio plurium abhorret consortia, haud congruè forsan etiam ab vnitate nomen deducturus, si proveniret in terris fæcundiùs. At nec Mare hoc concipit, nisi quantum permittit superveniens Auster *Divinus*, & sterilitatem excusat cælo vicina imò etiam major sortis innexæ magnitudo. Quid nempe tot gratijs infessum Mare non suæ par immensitati proferat? Fluctus quidem ob tumoris speciem odit, tamen nonnisi grandiorem Magni Cæsaris fortunam vehit nullo magis Atlãtici nomen Oceani meritum, quam quod Cæli solisq; Authorem felicius Atlante illo tulerit. Quamuis nec Erythræi parum referat, in quo rubet purpura ingenio pudoris per idonea; nec Euxini, ubi per illustres modesti animi umbras defluit, vel arcano desuper cadentis Spiritus illapsu prodigiosius in

In quo Mari cõcipitur?

umbra-

umbratur; & si in his etiam umbris ad-ulto nec nubibus intercepto sole luminosius decurrat, ne tenebrarum sed luminum fontem credas. Pacificum tamen iustius Mare dixerim, quod Pacis nostræ primordia Pacis Arbitro consecrârunt; nec aliud testatur Unio, dum in hoc Mari concipitur, novum humanæ Pacis præsagium: nunquam enim Vnio coalescit, quin aureæ pacis fœdera ineantur. Porro ab Vnionibus etiam non raro Magna flumina commendantur, adeòq; singulare id alicubi vndarum privilegium est, fluctibus pariter ac gemmis intumescere, imò non tam fluctibus aut reciprocis aquarum vorticibus, quàm aureâ Tagi procellâ inter gemmeas tempestates opulentiùs despumare. Scilicet Mare gēmarum est Patria, nec alias illis potiores cunas natura contulit extra Orientis aquas. Nondum tamen tumidum gemmis æquor, vel epotis post Antonij luxū Vnionibus auaritiæ sitim domare solitus Orbis parem noverat, qualem Mare concipit Nazarenum. Nobilior in illud gemma conijcitur, quàm Polycrates quicunq; in fortunæ remēdium & continuæ sortis mulctam conjecisset. Vitrum fuerat, quod mortalis pupilla credebat hactenus

nus

nus margaritum, si cælesti quis illud cõ-
ferat: Viles tantummodò gemmas as-
suetus Cleopatræ ferculis luxus abligu-
riît, quas in aureo cratere eliquavit, pre-
tioso nectare sitim ignobilem expletu-
rus; candorem vt à mente moribusque
proscripserat, sic neq; gemmarum nito-
rem poterat internoscere genuinum.
Imò unionum antea nomen vix terræ
noverant, cùm per dissidia distractæ ex-
cluderent Unionem. in regno enim dis-
cordiæ quis Unioni locus esse queat?
Hodie tandem promittitur terris Unio
beatior Gabriele prænuntio, qui Naza-
reth vix primùm attigit, Mare inibi no-
vum reperit, Concham prænobilem gē-
meo destinatam fœtui primus indicavit.
Hoc terræ deerat, ut DEUM gigneret,
aut, cùm antea Deórum Mater à Pòési
crederetur, deerat, ut gigneret singula-
rem. Id verò incomparabilis effecit U- *Vis hujus*
nio, novum Davidicæ coronæ sidus, no- *Vnionis.*
vum perennaturi fœderis pignus ac tes-
sera, quæ ruentem per dissidia Mundum
suffulsit, Cælo DEOq; beare solita, quem
amor nexu mirabili humanis sociavit.
Venale Cælum etiam esse cæpit, simulac
terris offulsit Vitalis Unio; adeòq; per-
culit vel cælestem palpebram tam inso-

Apoc. 21. lens fulgor, vt Solem deinceps alium nolit cælum. quippè diem efficit æternum, quem semel in Thabor accenderat. Nec te latuit hæc Solem extinctura claritas, terris immisse Gabriel, cujus radiorum ductu ad littus DEO soli pervium pertigisti, quod iugis malaciæ alcyonia, quod mille Charites insedêre. Ibi enim pretij tanti Unio concipitur, ubi pulcherrima gratiæ fæcunditas, ubi amænitatem adspirant cælestes Favonij. Latuit tamen his tam pretiosis opibus exundans Oceanus, donec Cælestis explorator portum attingeres Nazarenum, dumq; novum gratiæ pignus terris denuntians, auream Gratiarum Chersonesum detegeres. Neque tam illustris Unio sperari poterat, quàm ab illimi Gratiæ fonte; aut *Sol* ille proditurus, nisi ex hoc Oceano. Mirùm tamen videri possit, cognationem Mari cum rivulo MARIÆ cum Elizabeth intercedere, quæ prodigioso Verbi conceptu evaserit cognata DEO. Gemmam dabit in lucem, & adhuc cum minoribus conchis confe-ratur? Matrem illam Parens Authorq; omnium adsciscit, & humana illi audeat componi cognatio? Altior eam sublimat propinquitas, ex quo Unionē (*Theologico*

MARIA gratiarū & Unionis fæcunda.

ologico

evileſcet ſplendor, ante in ſtabuli fimeto, poſt per ſummum dedecus Sacrilegis pedibus proterendus. Sola tibi pretium faciet ſimulq; minuet avaritia cæcior ad gemmæ valorem, dum argento inhiat, expoſitura venalē ſeſtertio Deum haſtæq; ſubiectura Divinitatem. Sed adeònè viliùs æſtimere, ut luto pretium addas, pretioſiſſime achates? non ergo aliùs præſtò eſt annulus, quem exornes, niſi tuis obliquior meritis ſphæra globi terreſtris? Sed bene eſt, aureum illi deſtinatur pectus, in quo nemini unquam hoſpitari licuit præter DEUM. novit æſtimare Diuina vitalis hic Nazareth Oceanus, ſciet MARIA tam pretioſum pignus recondere, quod in corde profundius reponet, diu tius retinebit. nempe ſi Mare in littus eijcit morticina; hic viventis DEI theſaurus eſt & Unio Perſonalis. Ergo vela iam contraho tranquillam in Mari Pacifico & ipſe nactus ſtationem. Vbi autem ſuaviùs conquieſcam, quàm ad littus haud ſterile Bonæ ſpei? quieſcere ibi non indecorum, ubi vel DEUS ipſe tot menſibus conquievit. Vobis iam Divini maris accolæ MARIANI Oram hanc gemmarum Piſcariam incolentibus plures hinc licet petere Vni-

Peroratio

In Indiatalis Ora.

re Uniones, vnde recens Unio acceſſ DEO. quod mihi vobiſq; voto non ſt rili apprecatus, in Mari gemmeo, ne ar gumenti obruar Majeſtate, metu fluctu abundus, anchorâ curſum ſiſto. imò qui in tam beato littore abſorpta pænè ad miratione Oratio; plura de gemman Oceano, de inæſtimabili Vnione loqu non attentat, quàm quæ hactenus Or tor nullius pretij Dixi.

III.
ACADEMIA VERBI ABBREVIAT
Seu
ACADEMICVS MARIANV DEVS-HOMO
Ad Almam Matrem, ideſt, no uam Vniverſitatem Nazarenam Gabrielis præconio commendatus.

Quæ hæc Academia ſeu Vniverſitas.

ALmam hodie Matrem Scientiarum init Dominus, Auditores. Hic Aca demiam MARIANAM efflorescentem intra Nazareth primus paſſu beato ſubin trat Academicus! Univerſitas ergo Gr tiarum

ologico non Tulliano more dicam) Unionem, inquam, attigit Hypostaticam Dei Hominis Consanguinea. Hic ille fœtus est prægnantis Gratiæ, hæ gemmei Maris opes! quarum tamen haud incapaces fuerant angustiæ Nazarenæ, quibus includi poterat etiam ipsum Mare: nam facilè Maris spolia locus ille continet, qui Maris immensitatem capit. Ibi Unio hujusmodi, ibi gutta in gemmam coaluit, etiam inde gloriante Verbo, cùm Nazarenam originem in solio Crucis attolleret supra Caput. Viluerit sanè postea hujus Unionis pretium apud elusam Palæstinæ cæcitatem, quæ illud tam facili latronum prædæ in clivo ferali objecerat; adhuc tamen Unionis sibi constat Majestas, dum & in Diuina Hypostasi præfulget; nec illi, ut alijs unionibus sinistram in annulo, sed in Diviniratis solio dextram æther offerat prudens pretij æstimator. Quod abditū in Carne, latens in Sacra Cerere simulq; dapsilis adoretur Caro, Unio in genibus sternit Orbem: illi vindicias tellus, illi auctam tot vivis sideribus lucem acceptam cæli referunt; ut illud non tacendum unquam taceam, quòd in hominem cum Divinitate illustria refundat & in

Hesichius Suarez tō 1. disp. 10. Sect. 1.

Pretium Vnionis & excellentia.

unum colligat antitheta, immensum nectens cum termino, felicitatem cum Misero, validum cum infantili fascia, cum tempore æternum, tonitrua cum vagitu. O præstans Unio, cui tam dissita vnire promptum! ô vinculum Deitatis! par sanè fuerat, te non aliâ, quàm opifice DEI dexterâ efformari, nisi in ærario stirpis Regiæ deponi. Negotium Divinitatis es, & quamvis Unio sis, tamen tui Divina Trias effectrix esse debuit. Sed tantisper tibi latendum est, antequam in lucem hane eruare: tantisper in Mari delitescendum, & freti vitalis angustiæ tolerandæ, antequam te Oriens adoret in stabulo, & Orbis in cælo. Quidni autem natale solum DEO sit etiam perjucundum? quidni hæreas suauiùs longiusvé, ubi primos in carne ortus libuit auspicari? Sanè mora tot mensium suavis est, ubi Regnum sibi Gratia vendicavit. Imò assuesce, prænobilis Unio, huic Pacifico æquori, antequam immergaris cruento: beabis nunc uterum, postea lignum etiam consecrabis molliùs tantisper recubes, dum in malleos impingas, quibus certatim impetare: Omne tu quidem pretium cæteris ademisti erit tamen, cùm tuus in amentiæ oculis

Concha, Vnionis Vterus,

evilescet

tiarũ excepit hodie PrincipẽVniversi hoc ipso Universitatis nomẽ merita, quòd fuerit singularis. In vnã confluxêre decora, quæ in singulis effulsêre. Universitas profectò est, quæ cũ omnia compendio complectatur, DEUM insuper utero comprehendit. Amat & illæ Bonæ Mentis Palæstram, vbi Virtutis encyclopædia est, nec ullam potiorem ducit altricem præ illa, quæ cum lacte totum tam Diuini laticis nectar propinat. Alumnos quidem complures Universitas Nazarena haud numerat; sed unus præ omnibus sufficit Auditor DEVS. Cuidam Plato instar omnium, Virgini DEVS augustum plenumq; efficit Auditorium, ubi capacissimum seipso & gratijs implet Lycéum. Vniversitas insuper ab uno etiam Nomen ducit, nec pulchriùs à multis, quando Unus ille non alius quàm DEVS est. Auget auditorij gloriam, quòd illi nec Regum desint insignia, cùm ad propaginem Davidis originem suam referat hinc regalis huius Academiæ Sceptra, hinc Academicæ laureæ, hinc epomidum purpura, & pastoritio calamo descripta encomia. Porrò ne profana credatur hæc Universitas, vel Pontificum suadet cognatio, infulæ Aaronis

Quàm frequens auditorium?

Quæ Academiæ insignia?

eadem ne surdioris famæ censeatur, sa-
tis celebrem cognata indicat Vox Cla-
mantis. Quodsi Academi Umbras &
opacum nemus in Academiam Plato de-
legerat; etiam hîc Vmbra beatior recre-
at Academum. Solem nolis, si te hâc
Umbrâ Cælum involuerit. Illustris hæc
Orientis Umbria, quæ novæ arcana Sci-
entiæ tam prodigiosâ tegit ac cælitus ob-
umbrat caligine. Alibi nempe Vmbræ
opacitas æstum delenit, hîc Umbræ fun-
gitur vice Lux Vmbræ nescia Virtusque
celsior. Quamvis & beati Nemoris, quod
hæc Universitas repræsentat, Umbra
meliùs quàm Academiæ Platonicæ ne-
mus, ingeniorum æstus temperet, ubi &
Pacis insigne Olea Palladi per amica vi-
ret, & Palma ingenij palmaris Symbolū in
Cades pullulat, & Arabicæ siluæ fragran-
tiam cinnama suavioráq; balsami frutex
adspirat. Quæ verò uspiam terrarum
floret Scientia, quàm Nazarena non lu-
culentiùs instillet Academia? Huma-
niores in ea non obsolescunt literæ, ubi
& ipsa DEO adhæsit Humanitas tempe-
raturá in plerisq; studium eminendi ubi
vel Altissimum in imo non puduit con-
sedisse, Ancilla tantæ eruditionis Præsi-
de, omnemq; ambitum suo coërcente
velim-

Qui Locus?

Quæ in ea sint artes vel Scientiæ?

Humanior literatura.

vel imperio, vel exemplo. Nihil tamen omnis eruditionis fonti cum rudiori literatura, nil Immutabili cum Varrone, nil quantumvis Antiquissimo dierum cum Prisciano. Verbum quidem est, sed omni præsens & infinitum in tempore, atque prius quoad æternitatem, quàm quoad tempora. At verò Poësim altior in hac Universitate inspirat entheus, nec terreno spiritu animus incalescit. hinc nihil ibidem non Heròicum, ubi grandiùs quiddam Deoq; digniùs mens tum intra uterum concipit, tum intra cælum; etsi ad flebilem declinet elegiam, dum in lacrymas vel ad Verbi cunabula, vel sub ferali Crucis arbore destillat Oratio, tristemq; animo imprimit sed cælis suavissimum characterem. Adeò pronum est à Lyricis etiam & concentu Angelico in tristiores lessos mollesq; nænias deflectere, vel tragicum quid post Melicam insonare Poësim. Scit novam instruere harmoniam hic Vocis consanguineus, & terram nunc in lætiores choros, nunc in severius melos impellere. Seu plenam prodigij, plenissimam dignationis exhibeat in seipso duplicis Naturæ Synæresim, seu quãdam Deitati Eclipsim obtendat, ubique sine incremento

Pòësis Verbi.

Maximus, fine terminatione Infinitu novas poſtmodùm Cæſuras ſuo conſecraturus in Corpore, cùm interim in utero ſufficiat ultra leges breuitatis Poëticæ ſic eſſe Verbum Abbreviatum. Sed nec Oratoria facultas hac in Univerſitate minus effloruit, etſi tacendi artem meliùs, quàm dicendi Alma hæc Mater exẽplo doceat, nam etſi beatior illam circumfluxit oratio tum in DEI præconium effuſa, tum pro miſeris ſupplex: & Clamantis Voci cum hac Verbi Parente pulchra cognatio intercedat; tamen illa non unquam peritior declamandi, quàm cum taceret. nempe ſua taciturnitati etiam ineſt facundia, ſi comes verecundiæ ſocietur. cæterùm nullibi eluxit admirabilior eloquentia, ubi & Narratio nonniſi Angelica, & Confirmatio in gratia adhuc in vitæ exordio, & Peroratio tam ad perſuadendum appoſita, ut Immenſo perſuaſerit anguſtias uteri. Mitto alia dicendi lumina, ubi & illuſtris eminet Verbi in terras Metaphora, & Allegoria, ſeu mira rerum inverſio, dum Virginitas vterum ac DEVM gerit, & ille etiam huc decreſcit Gigas: eminet mira è cælis uſque Digreſsio, mira nec quibuſuis Oratoribus vſitata Gratiæ Inuentio,

Rhetorica Verbi.

Inſu-

Insuper probat Rhetorem DEUM, charitatis è visceribus causæ perorantis hyperbole, Hortensium testatur Hortulus, illustre dicendi genus, Aurora etiam Musis peramica. Quando ille non Orator qui animorum exercere visus imperia & ventorum? Fulminandum si fuerat, nō magis in cælo, quàm in carne Olympius hic Pericles noverat fulminare. Quantos postea in animis motus fecerit, frequentissima in littorum rostris, confertissima in campestri theatro velut in eloquentiæ campo, sequacium auditorum testata est multitudo. Vivere certè non desiit, nisi ut vehemens Declamator, dum adeò canorâ voce, ut ad hujus etiam ætatis aures pervenerit, in editiore crucis suggesto vitæ periodum hic concluderet Theophrastus. Verùm etsi cælitem Academicum Poësi Humanitas transcribat, Oratorum syllabo humanâ suavior elocutio; non idcircò tamen MARIANAM Universitatem coluit, ut has tantùm excoleret facultates. Imo in Poësi nequijt erudita quantumlibet figmenta probare Veritas, & fabulas Infans Verbum; nec Rhetoricam jam nisi adstrictiorem amat, qui & nihil in verbis redundans velit, & in seipso

Philosophia Verbi. Logica.

jam Abbreviato, hoc est, uno simul omnia comprehendat in Verbo. Potius Peripateticum dixisses, dum Palæstinam benefico ubiq; passu peragraret; Stoicum etiam in Salomonis porticu meliorem, Pythagoricum, dum taceret, Platonicum nonnihil, dum Ideas viuendi statueret singulares. Prima illi Conclusio in utero, postrema in tumulo: Demonstratio *Potissima*, quando in Solem illi vultus exarserat; quamvis inter meridianã Golgotæ noctem evidentiùs eluxit DemonstratioCharitatis. Nemo erat qui raram philosophandi methodum arguerer, non quòd tabidum livorem destituerent argumenta; sed quòd nil obiicere illi terrena posset cæcitas, quin Verbo contradiceret, suasq; dum in Solem irruit, tenebras refutaret. Retulit tamen plausum Nominalium sententia dum quæstioni de Nomine occursum est, de salutis, inquam, præsago Nomine in Nazarenum transferendo Academicum retulit & Seraphica Schola, dum Amor in hyemis extremo ignesceret: retulit & Schola Libera, cui Nomen etiam divini oris hujus Academici socialiter inhæsit.

Physica.

Nec Physica Verbi hac in Academia lucē caruit vel in Umbra. Corpus Physicum

Id testabitur, quò nec in Cælis inter creata Objectum illustrius, & in terris vultui Solem impressit, Tunc sanè Modorum æraria singularis ditauit Unio, tunc terminum ad quem Conversionis *Eucharisticæ* uterus dedit. Formam tamen si novit Physica, in *Deiformi* Philosopho unam agnoverat servilem Formam. Reperit & aliqua Hypostaticæ consona Unioni de Unione dogmata, & animorum Sponso congruos de Anima libros, ac de Nutritione, aptissimos Frumento fertili Electorum; nisi quòd Divinorum origo Natalium etsi splendida lateat Aristotelem, cui Sola Corruptioni contermina Generatio in aperto, non illa, quarum altera exclusit Matrem, Patrem altera. Placetné alia Nazareni Physici strictim referre Dogmata? Quantitatem hic primus docuit à Substantia separari posse, cùm se toto alere mallet hominem, quã Pane: *Infiniti* rationem solus exhausit, Continui solus novit, qui etiam illud cõpegit prænobilis rerũ Architectus. Quid Verbi Metaphysica! & hæc transnaturalis est, transcendit omnia. Verbum illud hoc ipso creatis Analogum Verbis, quòd existere nequeat, quin subsistat, ac ita sit Verbum mentis, ut etiam vterũ partus.

Metaphysica.

partus extiterit. Nec sententiarum, im
rerum novitas illi non placuit. nam h
in Metaphysica Praxis relucet, non ster
lis bonorum contemplatio. Naturam
duplicem adhuc nunquam unica termi
navit Hypostasis, præterquàm in DEI
Hominis Metaphysica, ubi præter æter
nam, servilem insuper Naturam ultim
complet Persona Domini. Nec facilè i
caperet humana ruditas, nisi cæleste Ga
brielis ingenium possibile id Omnipo
tentiæ prædoceret. Sic encyclopædiam
profitenti placet philosophari Verbo, et
nullos adhuc extra uterum discursus si
nat Corpusculum, nec uterus loqui sinat;
Proficiet tamen in melius ruentis Mundi
fortuna, dum in Academia MARIANA
tantisper Pythagoras Divinus philoso-
phabitur. Novem mensium mora tan-
tum illi conferet, quantùm sæcula inge-
nijs non conferrent: plus Orbem in ute-
ri lycéo diserta eius taciturnitas doce-
bit, quàm diserta peripati iurgia. Me
certè iam erudiît, quando à tacente in-
tra *MARIANAM* Universitatem Verbo
tacere didici, postquàm Dixi.

IV.
METAPHORA IN VERBO
Seu
DEVS HOMO Nazarenæ Virgini ab Angelo annuntiatus, ac in ejuſdem uterum VERBI Translatio panegyricè adumbrata.

GRandior tandem acceſſit Latio terreſtri Metaphora, cùm DEUS fecit Metaphoram in ſe Verbo, Auditores. Tot ab Orbe Condito fluxerunt ſæcula, dum hic unicus ad univerſi gratiam Tropus exigitur; ſed is Divini conceptus partuſq; ingenij differri debuit, dum erudita Omnipotentiæ Magiſterio Virginitas conciperet. Tunc primùm innotuit, tum inclaruit non rudis in Verbo Metaphora, cùm DEUS in Carne; nec antè luculentiùs potuit internoſci, quã cùm de illa pro roſtris Nazareth ſuavi Gratiæ charactere Orator Angelus peroraret. Neq; Suavitas cæleſtem hanc Tranſlationem deſtituit, quam condit Gratiæ plenitudo. Origo inſuper illi Paradiſus eſt, ab illo voluptatis horto noſter hic Hortenſius: prægustatum Adæ malum artem tam bonam protulit, ubi ex arbu-

Tempus, &

Origo hujus Metaphoræ.

ſto Scientiæ poſt Adæ bellaria Fructus perditorum palato Suaviſſimus, id eſt, Metaphoræ iſtius neceſſitas pullulavit. quædam nempè Metaphoræ neceſſitatis ſunt, & Divinum res Verbum poſtulat, cùm deficit humanum; nec DEO non ſapit Metaphora, ex qua ruentis Univerſi pulchra, ſed nulla Verbi mutatio conſurgit. Inſolens id Metaphoræ genus & cælum deperit, ac in Divinitatis ærario, Unionem hujuſmodi recondit. Suavitatem illius inſuper commendat Nazareth; nec enim, ubi vel ipſa loci fragrat nomenclatio, Floris in vernantiorem Elyſijs Hortulum translatio poteſt contingere injucunda. Vernat & ipſum natalitij ſoli nomen, & ipſa florentis Nazareth rident prata, ad hanc floridi quaſi Nazareni V E R B I *Metaphoram*. Invidiſſet hanc Latio Tullius, niſi fata invidiam prævertiſſent; nunquam ille paribus translatis eloquentiam temperaviſſet, tamq; latuit illum VERBI Metaphora, quàm Verbi Divinitas. Meliùs tonare, meliùs fulminare poterat, ſi Tonantem ipſum, non tantùm verborum tonitrua in Orationem tranſtuliſſet. At ſervatum id gloriæ Filio tonitrui, nec Anſelmo Capitolinus potuit, quòd primò perſpicacior

Dignitas ejuſdem.

cacior Aquila Ioannes Verbum adverterat. Visitatior Tullio Metaphora in Verbo, quod lingua parturit, non item quod uterus gerit. In eloquentiæ flumen Tyberis illi potiùs, quàm Divinior Fons influxit, nec Orationis lumina ab hoc unquam Sole accendit, non illud par Gigantum aúsibus nactus ingenium, quod è Cælo in Metaphoras Iovem nôsset deducere. Verbo, Tulliana tempora æternum nesciêre Verbum, nec ejus Metaphoram coluerunt; quâ tamen nulla grandior nempe in Gigante illo in terrarum angustias redacto. Mirum tamen, quòd hæc translatio tam occulta, ut Orbem latuerit, qui Solem in terra non viderat; tam prodigiosa, ut eius modum exquisiêrit innutrita prodigijs Verbi Parens. Et certè nihil occultiùs vidit universitas, quàm latentē in Corpore Deum. Cui verò hæc Verbi prodigia priùs innotescerent, quàm tibi Vocis cognatæ Virgo, cujus eò facunda taciturnitas evaserat, ut parere Verbum posses? Quippe Librum & hoc postulat, qualem te reperit, dignum, in quo cælestis Rhetoricæ Schemata novi adinstar Tullij adumbraret. Adhuc illi reliqueras in te locum, cùm totos animi sinus Gratiæ consignâsses.

Eadem MARIÆ revelata.

ſignâſſes. patitur nempe ſecum pleni-
tudinem gratiæ Verbum, & ſpecioſus il-
Cæli penicillo impreſſam animo venu-
ſtatem: deniq; gemma hæc ſplendidè
amat recipi conchylijs, & Adamas no-
ſter lucem ambit, Gaza beatior Arcam
interiùs deauratam. Porrò extinguun-
tur dicendi lumina ad illud, quod rec-
pis, & humana ſilet facundia, dum ſuā hæc
ſic Cæleſtis Tullius colorat. Venuſtas
inſuper eandem concors tot decorum eſt
certamen, dum pulchro illigantur fædera
re Cælibi fæcunditas; Filiæ, titulus Ma-
tris, tantæ luci Vmbra, ſtirpi Davidicæ
cognatio Divina. Amoris Palæſtra habet
nectit antitheta, novæ nec auditæ ſæcu-
lis Tranſlationis inventrix, cui auxeſ-
adiunxit perpetuas charitatis, hoc eſt
hyperbolas DEO dignas, non quod ſu-
pra fidem ſint, ſed quòd ſupra modum.

Vmbra Metaphoræ. At illuſtris Metaphora ne in tenuem ne-
tantæ ſerenitatis patientem palpebram
agat violentiùs, Umbrâ Cælitus præten-
ditur. Sic prodigum lucis Numen eti-
am prodigia ſereniori caligine inum-
brat. Sed occultes, vt velis, arcana hujus
illuſtrior Sole Vmbra; gratior è nubibus
Sol erumpit, & pulchrius intermicat, cum
vis illa ſublimior ſparium inducit, quo

ut tene-

Verbum quidem illud semel translatum sufficit, nam perennem boni scaturiginem semel sufficit influxisse; tamen Divinum hoc Metaphoræ genus tamdiu continuatur in Verbo, quamdiu Verbum est in Corpore, ut jam illius continuatio migret in allegoriam, in qua constantissimè summa persistit dignatio; nisi quòd hæc inversio prodigiosam Conversionem non excludat, dum idem Verbum (ut est multiplex ámoris ingenium) & vitale migrat in pabulum, & transferri se patitur, ubi famem invenit, & vini specie influit, ubi germen Virginum vota occupat. sese usque ad Sacrilegæ Catachresis tolerantiam transferri sinens. Sola tamen dissimilitudo, quam Metaphoræ lex & venustas refugit, evitari nequijt, ubi connectenda fuerat Decembri Amoris Æstas, Immensitas loco, æternitas tempori, Carni Verbum, Homini DEUS. Quanta hîc dissimilium non intervenit conglobatio, coruscare in Solio, & latere in utero; vagire in stabulo, & fulminare in Cælo! Si tamen ad Verbum, cujus fit translatio, mentem revoces, ubique illud sibi simillimum, nec dissimilitudinis umbram novit, quod extra mutationis periculum Divinitas collocavit.

Neq;

Neq; dissimilem Mater arguit, cùm bene conveniat Auroræ Solis prodromæ cum Sole, & utrinque in summa fortuna quædam modestiæ abyssus. Si tamen quis humilem in Verbo miretur Metaphoram, nativæ id imputet celsitudini, quæ tantò profundiùs se ultro nôrit abijcere, quantò illam altiùs provehit prætervecta omne fastigium *Diuinitas*. Adeò tam in Summis Verbum eminet, quàm in imis: idem quippe altum est, quod profundum. Perfecta jam Metaphora est, Auditores: DEUS-Homo hanc insigniter perfecit, de qua ego rudìter, nec satis ex Metaphoræ genio, quia de Verbo indisertè, de igne terris cælitus illato frigidè *Dixi*.

Peratio.

V.

LOGICA CÆLESTIS
Seu
CONCLUSIO VERBI in vtero & Carne,
Ad Nazareth à Gabriele proposita & defensa.

Cæli Logica.

ETiam Cælum prodromam Scientiarum profitetur amatq; Logicam, Auditores. Nil quidem cum spinis commune in-

ut tenebrarum horret commercia; ita radios non tam extinguit, quàm dissimulat. Nulla etiam sub hoc latebræ obtentu inest obscuritas recenti Metaphoræ, quæ scilicet in *Sole* Virgine concipitur. Adhæc noctem induat tam vibrans serenitas; ipsa illi subitò diem inducet vis in omnes benefica. Nihil faciliùs à situ & nubibus sese vindicat, quàm cui latendi facultatem intercipit prodigus in commune lucis effluxus. Et in capita fontium, quibus ubertas alitur, inquirit gratitudo; & per radium Sidus beneficum investigat. At inumbratæ Verbi Metaphora quot in orbem lumina, quot munera congessit? Huic debet æterna mundi calamitas, quòd respiret: uni Metaphoræ Cæli capacitas debet, quòd novis aucta Civibus solitudinem depellat: Metaphoræ terrarum felicitas, quòd cũ Verbo cælis altius sese extulerint, & cum illas naturæ calculus infra elementa abjecerit suppedaneas, vel ipsos tellus eminet supra cælos. Tanti est per nova Rhetoricæ non vulgaris adminicula attraxisse Verbum, quo benevolentia Numinis reo Majestatis homini captaretur. Sed fac necessitatem abfuisse; an verò non sæpiùs ornamenti gratiâ Metaphoræ ad-

Vtilitas eiusdem ac necessitas.

Ornatus à Metaphora.

ræ adhibentur? Sanè quod in Purpurit
clavus, in annulo gemma, rosa in hortis
lo; id Metaphora suis adhibita locis oũ
tinet dignitatis. Omnibus tamen h P
una decus præripit, eò quòd nullum prin
speciosiùs Verbo quod transfertur. Non N
lum eodem sonantius, quod etiam in ler
utero Ioannes audierit: nitidius nu
lum, cui æternitas illustria sole instrantiu
cunabula, & adhuc fulgor hic Solem ad
tinguit. si venustant florida; totas fare
Nazaræi titulo exhausit Floræ opes pau
per oculos rapit animum venustas; ip cier
hîc regnum obtinuêre Gratiæ, ac tollium
venustatis relucent æraria; si auri ge thi
marumq; nitor oculis blanditur; nil Aq
ad inæstimabilem Verbi Vnionem. Tam S
est Metaphoram non mutuari à Tullié ac
non venari, in Plinio, non Spiritu Pr nin
pelli Poëtico, sed Divino! Quàm ve id

Leges Metaphoræ.

mirè huic congruunt, quæ Metaphor in
leges indicuntur? Scilicet exlex eti tipl
Divinitas leges patitur, quas condit Pr
quitas; nec Translationem amat, qu jecti
oderit eius vitia neq; Uterus ille par nito
rit, nisi quod Naturæ privilegio Sanct maj
& tam expers nævi, quàm conscium D ado
tatis. Quodsi pænè tribunitiâ potesta ntia
à Tullio frequens interdicitur translat liùs

Verbum

urpuntervenit illis Beatorum Elysijs; sed
hortas *Logicæ* non abhorrent, quas Patria
cis dñi Nazareth rosis induit, gratijs emol-
n hi. Prima hæc cælestem viderat, audiê-
lumprima Stagiriten de Verbo adhuc &
r. Noi Nomine (quæ prima etiam Logi-
am ielementa sunt) disertiùs disceptan-
s nu. Adeò nec Cælites primis Philoso-
strantium rudimentis pudet insistere,
emd ad mutam Verbo infantiam placuit
tas fare. Hinc est, quòd etiam hoc Or-
bes paures Seraphicæ capiantur, & Cla-
s; ipscientiarum Logica etiam cælesteCa-
c tolium sibi referet. Theologica si fo-
geether ingenia, efformat & Logica, tã
; nil Aquinatici capax, quàm minorum
. Tim Sole Planetarum: imò illa siderum
Tullie ac Scientiarum Universitas DEO
Prnino & Actu perfectissimi intelle-
ve, id est, Verbo unicè gloriatur. Nihil
hor in Cælis non Prædicabile, *Distinctio*
etiatiplex in Personis ibi cernitur & Bea-
dit *Præcisiones* sibi Cælum vendicat
, quiectivas, Terminus ibi nullus potior
arnito, *Demonstratio* nullibi evidenti-
ndmajorem parturit, nullibi Relatio sci-
Di admirabilior, nullibi singulare per
estentiam attingitur incorruptiùs, aut
latiùs percipitur Analogia meritorum,
um Modum

Organũ Aristotelis.

Modum Sciendi tamen cùm Cælum n verit, adhuc refugit modum seu termi num diligendi: Cænam cùm instruat æternam, vesperam tamen haud connotat, adeóq; dies perennis vesperam nesciens & occasum proscribit hoc cælitùs Con notatum. Ad extremum è cælis petita Conversio, è cælis meritorum vel æqui pollentia, vel disparitas; imò totam in de Sermocinalem Scientiam necesse est profluxisse, unde Sermo ille omnium architectus beatiori terræ illapsus credi tur. Atq; hæc Cælestis Logica formavit Gabrielem una ex Superioribus Scientijs, quòd Altissimo in terris Matrem quære ret; verè iam Scientiarum ancilla, quia cùm ancillante DEO Virgine cælestè cō mittat ingenium hoc ipso Discursui peri doneum, quia & volatui. Nazareth in arenam eligitur, ibi velitari placuit, & unicam, sed quæ multis æquipolleat, Conclusionem Verbi intra uterum Vir gini persuadere. Auctor Conclusionis DEUS, Defensor Angelus: oppugnat Virginitas, demissio expugnat. nulli bi certatum pulchriùs, aut salubriùs trium phatum. Martius pacis humanæ initijs consecratur; sed incidit in Augustum, qui Orbem tunc cum Roma pacaverat,

Locus, & Author thesium Logicarũ

sed non

sed non pariter cum Cælo: quamvis Augustum fecisse tunc visus est Sol ad Virginem declinans. Ita omnia in Actûs Publici ornamentum conspirârunt, in quo salus agitur Universi! Hunc Actū, hanc Conclusionem diu præstolata tellus, ut de sua felicitate Concluderet; hanc Thesim & positionem, ne rueret. Tot quidem præmissæ, quot Vatum imò Divina prævêre promissa, ut tandem post tot sæculorum seriem Mundi felicitas inferretur; sed inferri non potuit, donec extrema illa, id est, fæcunditas Virginitati necteretur. Nescijt hucusq; Orbis in bona forma concludere, cui formam omnem abstulit primigeniæ culpæ labes formam is non aliam noverat, nisi quæ morbo deflorescit aut vetustate; aliam animo excluserat, quæ illi genarum cerussam tantummodò miniabat. Rectam docuere formam tandem superi, cùm Verbum pro Medio quia pro Mediatore terris obtigit in novum humanæ felicitatis & tripudij argumentum. Nil Stoà de tali vnquā inaudijt philosophandi ratione, nil Aristotelis Stagira, humanæ Scientiæ nil de simili humanitate, veterum Divinæ nihil sic de DEO. Prodigiosæ profectò Logicæ hujus Enuntiationes, *Theses Angelicæ*

ones, termini ultra terrarum capacitatem! Complexus terminus, DEUS-Homo; Connotativus, Dominus connotans servi formam: sine restrictione appromittitur Verbum Infans, Immensitas in loco, Gigas in pumilo, Mare in Puteo, Sol nascens, Vita moriens, descensus in Altissimo, ascensus in nihilo, in proprio exul, hæres in alieno! Miræ omninò Theses imò antitheses! Logica de Verbo admirabilis! ubi gratiæ redundans Mare, adhuc Immensitatem simul posse capi! ubi, Dominus, eum venire ut Filium! ubi Caro Verbi poscitur, Spiritum appromitti! Modum tamen, in quo inferatur Divina Conclusio, si exquiras, terreni metas ingenij antevertit. Gemmas & Uniones Logica non pertractat; at Modus hic Unio est: Figurâ hîc prima est, secundam similem haud reperies, quam tamen tot Umbræ veriùs præcesserant, quàm figuræ. Cui verò hæc Verbi Scientia cælitus panderetur, præterquàm cui tam bonæ formæ adest conscientia, quàm nulla mentem macula deformat? Usquamné meliùs inscribi ex Altissimi Mente deducta possit Conclusio, quàm in Charta Virgine? an imprimi speciosiùs, quàm in tam capaci pectore? aut

Impressio & Dedicatio thesium.

re? aut

re? aut recondi, quàm in visceribus? Nimirum Sapientiæ hujus placita non solius Mentis partus sunt, sed ventris etiam; nec albo meliùs, quàm alvo; paginæ, quàm præcordijs inscribuntur: imò uterus ille Cælum penè animatum plùs concipere potest, quàm Mens Angelica & humana. Accendit hujus Logicæ, hujus Conclusionis desideria in Patribus Cælum, nec ardentia illorum vota, nisi Pluvia Sacro immissa Velleri & Ros ille beatior potuit temperare. Expectatum tamen diutiùs, donec in pluviam emollirent Cælos insitæ Gabrieli vires. nempe solidum etiam nominis robur opponi debuit, cùm se vindicare auderet, ubi puritati stragem timuit fæcunditas, ac si Cælibem res exigeret, si gigneret tellus DEVM. Ergo cælesti advenæ pauca pro more disceptantium Oratorio circuitu præfari placuit, & panegyrim primò texere; ut constaret, Angelicum esse præconijs insudare MARIAnis; tum illustre vel in umbra promere argumentum: Lucis Conclusionem non alteri deferendã, nisi quæ umbris omnem aditum præclusisset: DEO posse fieri plenam, in qua fuerit tot gratiarum capacitas: Dominum posse recipi, quem jam imbi repe- ›› rissent: ››

Argumentum Angelicum.

isset: Fructum posse parere vitæ Arborem, ex Hortulo posse prodire Florem, è concha tam nobili gemmam. Crederes è Nominalium gymnade progressũ, dum Cælestis Peripateticus occurrit & quæstioni de Nomine, quo illum, quem utero includeret, ulnis mox complecteretur, inter cruentas vulnerati Verbi cerimonias insigniret: Gigantem reputandum, qui exili Corpusculo immensitatem vellet includere: Altissimo non imparem, quamvis ignea vis amoris eum adinstar benefici fulminis in terras præcipitet. Transcendit quidem tantæ Maternitatis Relatio exilitatis humanæ terminos, sed adhuc Mutuam posse fieri suadet Omnipotentia dignatio persuadet, Rationem fundandi si solertiùs indagas, Virginum eruditissima; tum illustri experimento hæc patebit, cùm *Solem* paries: posse id fieri tunc non rudi Magisterio capies, dum concipies. Alijs Matrum titulus intra communes fæcunditatis metas constitit, tecum ad cæleste Solium evehitur Cõsanguinea DEO Mater. Nulla ergo Matrum ulli speranda similitudinis Relatio; nam eadem, quæ DEUM sic ad te retulit, te reliquis unam prætulit: Vel hic unicus tanti Termini beare-

te respectus, ad quem Fundamentum præbes Altissimo; & quòd tantilla cùm sis, adhuc se tibi naturæ legibus seu jure filij tanta submittit celsitudo. Sed videris, grandior Cæli Stagirites, an tibi par in vindicandis cæli thesibus felicitas, ac in asserendis facilitas eluxit. Demonstratio quidem videri potuit, cùm illud Virgini prodigiosum, desideratissimum Orbi, Ecce, proponeres; Expositorio tunc planè rem conficiens Syllogismo, quòd Enuntiationes tantùm includeret hoc ipso Singulares, quòd in illis specialis dignatio reluceret; Sed quantumvis ab Angelico profecta ingenio nondum convicit Demonstratio, quæ formidinem de opposita integritati labe necdum excluderet. Demonstratio non est, quæ scire non facit imperturbabiliter, cùm tamen vel prima disceptantis præludia perturbent Virginem auscultantem. Vicisses alium tam palmari aggressus argumento non sine laurea; sed hîc nequidem adhuc obtines oleastrum. Turbari tantùm poterat non rudis illa disputatrix, non item de Virtutis proposito deturbari. Pudet illam DEUM-Hominem dare in lucem cum exterminio pudoris. Matrem si is eligat, Patrem in terris nolit;

Ecce concipies.

Obiectio MARIANA.

si Dominam creet, turpis abesto servitus; si ad Hortulum hunc aspiret, lilij nitorem deteri non sinat. Vide iam, Cæleste ingenium, quid agas, vt virginei robur argumenti feliciter profliges ac dissolvas. ubi rationem fundandæ Maternitatis sedulò investigat, etsi fortitudo tibi Nomen solidaverit, liliorum sepem haud perrumpes. Si Patrem in tempore polliceare Verbo, reclamat Virginitas; si subtrahas, fallacias quidem nec sophisma ullum subveretur, sed certa quoad Substantiam, modum quærit Heròinarū oculatissima. Agnovit castissimum oppugnantis ingenium nobilis concertatori. Fortius libraverat telum digna parere DEUM puritas, quàm vt vibratum crederes ab homine; robustiùs, quàm vt à Virgine. Quare ad arma socia, vires omnipotentiæ, cælestis urget advena securior, quando Umbram Diviniorem sibi patrocinari videt. Tam illustre videlicet MARIANÆ Virtutis ingenium est, vt ei vel tanta lux obumbret: tantum Nazarenæ Disceptatricis robur, ut Virtus celsior opponi debeat oppugnandæ. Hâc Virtute Philosophus Cælestis fretus jurati Pudoris arduum evasit argumentum, & quem nulli Modorum authores

Responsio Angelica.

thores

thores repererint, illibatæ fœcunditatis Modum indicavit: *Liliorum* ſtragem nō ,,
formidandam adſtruens à lilio depaſcen- ,,
te: rite Candori conſultum iri, ubi ni- ,,
ueus Agni Candor; rite Corpori, ubi Spi- ,,
ritus intercederet, adeòq; æſtum hac in ,,
Umbra facilè evadendum Confirmat. ,,
propoſitum à pari, quia Prodigio in Se- ,,
necta, dum Muto Parenti Vocem in Eli- ,,
ſabeth conceptam, depulſam ſterilitatis ,,
notam à Cognata memorat; documen- ,,
to, Poſſe concipi Verbum, ubi prodigiosè ,,
vox concipitur; & Virginem poſſe, cùm ,,
effæta etiam ac ſterilis ſenectus parit. *Enthymema Angelicum.*
Quid illud, quàm validum à poſſibili ſu-
peradditur argumentum & planè Achil-
les Angelicus? Audite Cælicum Enthy- ,,
mema: Effectricis omnium *Potentiæ* ,,
quidquamné Viribus illudat? an ergo ,,
nequeat ſepelire ignem in cinere Conſu- ,,
mentem, Gemmam deponere in Concha. ,,
Sapientiæ ac Scientiæ Divinæ Theſauro ,,
inæſtimabilem adijcere Unionem, Ima- ,,
gini ſuæ ſuperinducere Umbram, Filio ,,
dare Matrem? Nil ille non poterit, cui ,,
omnia poſſe ſua dedit Virtus: unire po- ,,
terit, qui producit & parturit unienda. ,,
ſcit Gigas ille includi vel in atomo, & tan- ,,
ta bonorum Ilias in exili nucleo: Sol ,,

etiam tantùs bene oritur in Aurora. Et adhuc Virgo Angelicam plausu non exciperet sequelam? Vicisti re fortior quā cognomento Angele; Cæleste nomen non frustra tam solidæ tibi firmârunt vires, quæ in tam arduo triumphant, dum in prompta etiam Ancillæ obsequia inclinas, cui Matri, titulum, in DEUM-Hominem suaseras jus Maternum. Quod à montanis Elisabeth ductâ dispari paritate fieri posse demonstras, fieri jubet, & Gigantem illum in Corpore Captiuum unico in terras verbo deijcit, in hoc Ancillæ usa ingenio, dum paret, vt pariat. nec enim aliam inaudita DEI Conclusio decuisset, nisi quæ ambitionem animo, non tamen imperij reverentiam exclusit.

Conclusio Verbi. Ergo approbat ConclusionemVerbi, Scientiarum Domina, & concludit Verbum; auribus postremò dignatur Angelum, & utero accipit DEUM. Hæc illa Conclusio est, quam Cælestis *Logicæ* Propugnator Cælestibus evicit argumentis. Sed jam terris excedente non sine laurea, plùs quàm Philosophica *Divinarum* Thesium Assertore, postquam ConclusioVerbi persuasa est, ego pariter rem Verbo concludam, Dixi,

VI.
ORATOR ANGELVS
seu
Cælestis ad Cælibé VERBI MATREM Nuntius.

Orator Cælestis.

DIES hic Verbi prodigijs consecratus Cælo aduenam Theophrastum pro rostris exhibet Nazarenis, Auditores. Fasces illi terrena submittit facundia vel ideò, quòd is Orator Verbi Angelus est. Dicendi rude nemo blateret cælum, quod ab hac vindicat nota Suadæ beatioris argumentum. Pridem propè solem eloquentia solium defixit, ubi tam prope tot linguæ sunt igneæ, quot sidera, & ab ipso causarum robur solidum Firmamento, quod adhuc plura orationi inserit, dum perorat, quàm sibi sidera. Nec Cælitum vivax indoles sine tersioris facundiæ gustu, cùm Verbum in Carne præsentiunt locuturum, iamq; apud Cælibem Lucis Parentem rara dicendi lumina consectantur, ut haud dubium sit, eos è luminum Patria descendisse. Nimirum splendidè perorat, cui Attica felicior inter ipsa lucis solstitia Orationem cælesti radio coloravit. Ne-

que id de summa decerpit gloria Rhetoris Nazareni, quòd publicum detrectet umbratilis coram vna Virgine declamator; plausus theatrales superat tantæ Principi peroråsse dignè Auditore Virgine, Auctore DEO. Dictionis genus illi tam sublimè dixerim, quàm ipsum, unde prodiît, cælum; nisi ultra cæli fastigia illum argumenti felicitas provexisset. An verò per ima serperet elocutio, cui tam sublimè de Altissimo contigit argumentum? Malè tenui committeretur ingenio negotium Universi, & pumilo Characteri Gigas ille. Vehementius perorandum, ubi linguam provocat exaggeratissimi vis amoris; & flammeus Orator exigitur, dum Ignis ille terris citra Promethei furtum illapsurus appromittitur. Nec alia quàm vehemens agendi ratio sperari à te poterat, diu ter expectate Orator, qui vel ipsâ Nominis origine fortitudinem profiteris. Agnovit suas in te vires facundia, quâ cujusvis famam Nestoris exhausisti, etsi non plurimas, vt per Nestorem Agamemnon, sed unam Davidicis insignem propugnaculis Urbem expugnâris, cùm inditum Nomini robur opponeres. Tantum viribus delatum, quas in Nomen

Quale dicendi genus?

de tituli

detituli fide securus transtuleras (etsi alibi decora nomina turpiùs mentiantur) ut inter limatiora cælestis Atticæ ingenia te inusitato parem muneri, suæ non imparem expectationi cælum delegerit. Quamvis nec totas ingenij totas eloquij vires fas sit impendere, ubi contra Virginem dimicandum naturâ pavidam: aliquid illa Urbis præseferat, sed lilijs est munita, ad perrumpendum liliorum aggerem minimo virium opus impendio: molle id propugnaculum est, nec validam poscit manum, ut sternatur. Adi ergo Nazareth, & mænia, si quæ inibi comperies, ad tuæ vocis sonū corruent, nedum animi ad flexanimum Suadæ genus. Cælitibus quidem tenuæ, quidquid infra cælum est, ædesque basilicæ illis tantùm in pretio, qui Cælum nesciunt; sed an perpetuus cælo hæreas inquilinus, quando & ipse in terras iter apparat hospes DEUS? Cælum sanè reperies, ubi & Lactea Virginei Candoris via; & stabile domicilium Emmanuel sibi fixit Sol ille vitalis Cælos circumagit ac secùm circumfert, quodcunq; coronatum Divinitatis radijs caput intulit: ut omittam, quòd Nazarena Virgo totam siderum complexa lucem cælum exhibet

Locus ad quem destinatur Orator.

hibet ad angustias redactum Nazarenas. Nec loci etymon astris etiam indecorum, qui si coruscis non flagrat ignibus, saltem suaviter flagrat floribus, quos illi vernans indidit nomenclatio. Nazareth, Palæstinæ Florentia est, Florida Galilææ mox Florem datura in Caluariæ aprica sub veris Genethliaco transferendum. Nec dedecet loci amænitas Cælestem Hortensium, aut, quia vernus hic Orator est, veri florido amicum Nazareth nomen, quod illi Elysiæ Floræ suppleat venustatem.

Auditor Oratoris. Quanquam nec auditorium magis commendat in urbis vocabulo herbescens florum fertilitas, quàm ibidem solo Filio minor, major longè suis etiam Majoribus auscultatrix Virgo. nisi quòd Orator Seraphicus lucem non ambiat vel theatrum peroraturus in fæta luminum Umbra nec tam hortenses requirat delicias vel plausum sibi, quàm uterum DEO. Nihilominus inter Vmbras etiam fulgurat elaborata in cælis Oratio, maximè cum de sole in terras ruente coram radiata Solis induvijs Heroina elucidat argumentum. Gabrieli certè tum legationis Materia, tum insitum naturæ decus quiddam lucis indidit, etsi per grandiores sensus non vibrantiùs promoverit Orationem, quàm

nervo-

nervosiùs conferta dederit Nomini fortitudo. Rosas tamen locutum inprimis ex veterum voto crederes, ita floridum loci fragrantiæ Rhetor hic Elysius attemperat characterem. Nuntium salutis qui perdito ferebat Orbi, orditur à Salute, publicæ pacis primordia pulchro saluti consecrans vocabulo. Nec id non Oratorium, vbi officij plena exordiendi ratio, ipsumq; dictionis vestibulum pænè animum aufert Auditoris. Quid tamen exundantem gratijs deprædicat, & adhuc inibi quærit Immensitati locum? *Mira pectoris capacitas, in quod & tantus infundi queat Oceanus, & adhuc pariter componi DEUS.* vt ferè delicatum est Gratiæ regnum, quod nihil secum innecti patitur præter DEUM. Verùm ad honorificam salutantis Hortensij vocem fertilis rosarum Nazareth, rosis ut hortulos liberaliter, sic genas Virginis depingit. Penicillus hic Virtutis est, quo non indecorè turbata Virginitas genis roseum inducit purpurissum. Nec istud in cælestis Cyneæ non vergit gloriam, qui [illegible] non parciùs Orationem colorauerit, quam Auditoris faciem pudor; tamen vltra Oratoris ingenium, Auditoris animo impressit motum, dum ad primam

Exordiū Orationis Angelicæ

peroran-

perorantis vocem roseo vultu interprete perturbatur. Nempe reperit taciturnior verecundia, quid in Empyreo deſideraret Oratore cùm *Exordium*, quod non rudi operâ cælo congrua texebat urbanitas, necdum docilitatis leges impleviſſet. Ecce autem in eo cogitationū æſtu opportunam Narrationem inſerit Neſtor melleus: Ne cælibi menti, ne lilijs metue, Florem paritura. Fovet hic lilia, quibus innutritur; nec roſas odit, quarum

Narratio Angelica.

„ pudorē armat ſentibꝰ, amat in caſta indo-
„ le. Adhæc Solem proferes in lucem, hic
„ Maculas odit. Commune id uni tibi cū
„ DEO, quòd abſq; ſuæ lucis diminutione
„ ſumma Puritas *Lucem* parit. Quanta ſis,
„ hinc collige, quòd Gigantem illum ambies, & nouam in terris ſoli deſcribes
„ Eclipticam ſine periculo umbrarum vel
„ eclipſis. Cui Regia Dauidis præſternit
„ Solium, is nobilius in te defigit, nec Sce-
„ ptra capiet, quin tu Matris in DEUMjus nobile capeſſas. Promoviſſet vltra facundiam Cælo delapſus Demoſthenes, niſi verecundia ſuas etiam partes agere cæpiſſet. paucis hæc intercesserat: nam taciturnitas ac loquendi parſimonia, Virginitatis facundia eſt. adductum ori peſſulum munit verecundiam, & vigiles ad

portam

portam hanc excubiæ, arma sunt pudoris; quem illa vindicat, dum insolens Matris offertur titulus: Etiam id decet, inquit, inauditam retrò sæculis Matrem, ut si pariat DEUM, pudorem partu non enecet. Insolita gignendi sit ratio, ubi proles quæ concipitur, DEUS est. Nescio an non pulchriùs sit cælibem esse, quàm cum puritatis exitio Parentem Numinis. hoc si remoues, quis Diuinæ cognationis decus abnuat? sic, sic omninò pariat, quæ parit DEUM. Sed ô dexterrimum Oratoris ingenium! ô Solertiam Gabrielis! Vide, inquit, quis veniat, vide quis superveniat, & metu integritas eximetur. Vbi Auster ille Divinus spirare incipit, funduntur lilia, fluunt rosæ, tantũ abest, ut etiam emarcescant. pudor securus laureæ triumphat, dum Virtus illa cum suppetijs ab alto ruit. Neq; ullæ contra Socia cæli arma vires proficient; nam Spiritus hic vt vehemens est, sic triariâ manu triumphos apparat ac extorquet: si igne alibi pluit, hîc omnem extinguit: salubres flammas Hierosolymis servat ac æstati, nunc illi potiùs Umbram offundere placet, quam Orienti Soli pro nube obtendat, DEUMq; celet in Corpore. Alia quippe Corpora trahunt terrenam

Refutatio timoris Angelici.

secum

ſecum umbram, Diuinum Corpus Um-
bram poſtulat ſed Diuinam. Quodſi, quē
» utero Verbi latentis bajulo mox feres,
» ignis eſt; nec ille tales, quos metuis, æ-
» ſtus fovet: puriùs is ardet, quàm ut hoc
terræ Veſuuios aut alios ignes fatuos non
» extinguat. Quid verò? num periculo
» te non abſoluit Vis illa præpotens? ef-
» fætum parit ſenium, & non cognata ſe-
nio illi Virginitas? Gratia ſeu Ioannes
» Naturæ viribus illudit, & non de illis vi-
» ctoriam canat DEUS? Canet omnino,
» nec ſolam Elizabeth ita felicem ſinet, quin
te vel tuo teſtimonio beatam nolit. Ergo
annue cæli terrarumq; votis, Virginum
integerrima, futura mox etiam Matrum
feliciſſima. quantum poteris annuendo,
cùm tuos ad nutus verno ſub ſidere ſo-
lem videbis properare ad ſextile alioquin
ſidus Virgineum, hoc eſt, Iuſtitiam prope-
rare ad Aſtræam! quantum poteris, cùm
virtuti etiam parendi vim indes parien-
di! Annue oranti terræ, peroranti Cælo,
ſola & ab Angelico ſalutari, & obumbra-
ri à Diuino Spiritu, ſola parere DEUM
digniſſima. Virgo es, ſi non annuis; ſi
annuis, Verbi Conſanguinea, futura ſe-
mel Parens, ſemper Virgo. noſtrûm om-
nium & tua vertitur felicitas, adeóque
nos ſa-

nos fatali edicto infelices, si tu semel nolueris esse felix. Atq; annuit tandem Diuino Cyneæ ad se de genu pro Verbo peroranti, sed inter tantæ Matris privilegia ancillarem adhuc fortunam non exuit, quasi mox induturo serui speciem DEO tam grande modestioris animi exēplum præmitti debuisset. nimirum par est, vt præceps in imum nihili fundum terrenus apex subsidat, dum illa Maiestas se in imo præcipitat. Simul tamen Heroinarum validissimam se probavit, quæ in mortalitatis præceps unico verbo illud Verbum dejecerit, tantum vel voci suæ pondus, vel verbis inesse pretium testata, ut Verbum Virginis Divino rependi debuerit, breve reponi Abbreuiato. Sed tacet jam in cælibe utero Verbum, conticescit & Angelus, postquam ea quæ Cælum arcana commiserat, dixit; quæ tamen ego, etiam postquàm conticuero, Dicam.

Persuadet Orator.

Peroratio

VII.

NOVA LEGIO Sub S. IGNATIO de Loyola Duce: seu

Oratio in Solenni quatuor Votorum Professione dicta in festo Purificationis B Virginis.

Dux & miles Ignatius.

ADhuc Martem, adhuc præliares ani-
mos spirat IGNATIUS, Audito-
res. Didicit è *Pampelonensi* casu meli
in acie stare; profuit ei militia; didici
post defensam arcem, & Orbem vincere
nec lentos ictus imprimere docuit adhu
liuida cicatrix. Tibiam illi pila tormen
taria infregit, sed tubâ canere in præ

Novam legionem conscribit

nova iussit. Vix in illo vulnere rec
pit sanitatem, invasit terras conscript
stylo militari copijs. Baltheum quide
Aræ Virginis affixit, sed vt bellū pro ca
indiceret: arma quæ ibi posuit, hucusq
repetit, & Commilitones urget in præ
extimulat ad trophæa. Non amat i
belles animas hic *Imperator*, & Ma
calere irâ decorum est] sub IGNATI

Ducis Oratio.

gratis ignem accendit in Nomine,
militem accendat, & latè salubre ince
,, dium propaget: Si militat adhuc Ecc
,, sia; arma, inquit, societ meus miles.
hoc militiæ novæ decus, Petram eti
,, solidâsse, Firmamentum & columna
,, nonnihil roborâsse. Non gratis illa
,, os Cibo Fortium alat, habeat auxiliar

manum

manum Caput Orbis; probet, an ſub ſa-
luberrimo Verbi Nomine in Socios tranſ-
fuſo, quod & ſanguinem docet fundere, „
par Sociorum virtus. ego ipſe militem „
non exuo, ſed immuto; ira & vincendi „
ardo non ceſſet, etſi modus & cauſa bel-
landi præſtò ſit alia: non pro Hiſpania, „
ſed pro Roma agendum eſt, nec tam pro
focis, quàm pro aris. Sic dum nova mo- *Alegio-*
litur arma, dum noua bella agitat IGNA- *narijs exi-*
TIVS, fortiſſimam legionem victrici Ro- *git iura-*
mæ devovet. Ergo ad aras nove, nec *mentum.*
vne Annibal; novus Amilcar juramen-
tum imperat, non tamen vt vetus ille Pæ-
norum, contra Romam, ſed pro Romā.
Novum quiddam hodie audiet fama, An- *pro Roma*
nibalem eſſe Romæ amicum. Iterum ta-
men ſibi Orbis timeat, non unus hodie
quantumvis melior ad aras jurat Anni-
bal. Ægrè habuit Europa, cùm ille Dux
Carthaginis ad aram conſtitit: arsêre fo-
ci, dum fanis Annibal illius ingeſſit; ho-
die verò ad militare Sacramentum gran-
dior Amilcar IGNATIVS imperio, de-
ſtinatus ſanctioribus flammis dies faci-
bus adurget, iamq; fulminatrices copias
Romæ admovet melior Carthago, quæ
non vnam ſalubri flammâ ſepeliat Sagun-
tum, & per ardua velut per Alpes nivibus

insecceſſas non ad Latium duntaxat, ſed ad cælos etiam iter pandat. Tu nihilominus nil metue regnorũ Urbiumq́; Caput Roma, lege potiùs [ſi non ſatis tibi luminum affundunt purpuræ Vaticanæ ſidera, quæ tibi perpetuam veluti aurorã & domeſticum Orientem accendunt) lege, inquam, ad accenſas in Divorum delubris faces cõſcripta Clementi & Succeſſuris Clementi Nomina; nihil hæc Romanis ditionibus hoſtile moliuntur, ipſæ inſidias detegerent tot lucernæ. Eos tibi Solemni auctoramento dies vt cooptat non cunctaturos vincere Heròás, qui veteres Urbi pompas inſtruant, nec triumphos una capiat Porta Triumphalis, vel unum opima Spolia Capitolium ex Occidente ac Oriente triumphalibus armis edomito transferenda. Quodſi ad urbẽ propiùs ſigna promovent, deditionis liberæ id ſignum crede. Amant & gloriæ ſibi ducunt, eſſe in Petri vinculis: nullus in eis libertatis amor, poſtquàm ad has compedes eſt deuentum, ſervitium ſub Principe Servorum Seruo præhabent libertati. quanquam hæc Romana Mancipia Equitum inſigne adornat, quæ tibi conſignat Annulus Piſcatoris, illuſtre equeſtris militiæ Symbolum. Hinc nec

& Petri ſede, cui ſe debebent.

exercitûs

exercitûs istiusmodi Corpus sine Capite, quod illi Roma dedit: Acephali sunt, nisi Capiti huic colla subdant, hoc Capite vegetentur, in quod etiam tum Apollinares, tum ex orbe decerptas inclinant laureas. Nec steriliùs has submittit, quia latiùs trophæis Orientem peruasit palmaris legio, docuitq; nullum esse invium virtuti locum: ubiq; signa hæc numeroso Heroùm, frequenti decorum Comitatu circumvolant, ubique illorum arma Erebo formidanda obstrepunt, districti in illius Hydræ jugulum micant acinaces, terrent minacia linguarum tonitrua; undiq; in arma confluunt præliares animæ non unam merituræ Civicam in urbibus, quas incolunt ac excolunt, Muralem etiam extra muros, Rostratā seu navali è fluctibus maris, quod ab eorum sanguine Erythræi ruborem imbibit, emergente. Adest & Sarmatica Legio sacris novæ sponsionis legibus auctorata, & cùm aliàs Virtute pariter ac numero depugnet, hodie nova belli fulmina subministrat. Nimirùm & sub axe frigido calent animi, & Septemtrio pro Capitolio pari belli procellâ detonat atq; sub rigido Aquilone ignes DEO Romæq; excitat triumphales. Non soli jam ad Romulum volant vultures, ad-

Legio h. ¶ numero, ¶

Sarmatica legio.

res, advolant & externæ aquilæ Romanorum aquilis permiscendæ. Nempe si columbæ filium colit Roma, nec pullos aquilæ aspernatur quos terris educat Lechia Regnum Aquilarum. Quod si Belgicus Leo Martem inspirat Belgio castris etiam Lojolæ peridoneum, si Liliatos Equites lilijs efflorescens Gallia, si Imperiales Aquilæ robur Germanicum ac fulmina in pares Giganteis ausus suppeditat; Polonæ Aquilæ Candor (quas ei nives morum animiq; color inspersit) novos Romæ inserit Candidatos, qui non aliam prætexant purpuram, quàm cui litato Virtuti Fideiq; sanguine cum Mucinio accenderet purpurissum. Equidem in Romanæ Sedis obsequium non lento fertur molimine volucre sortita parendi ingenium Ales Lechica, nec libera hæ gens auream amat libertatem, dum ad Petri Sacratiora vincula evocatur. Par & hîc animi robur, non impares ruenti orbi suppetiæ. Romano Capiti ubiq; militare, & quam Ædem Virtuti Roma vetus sacraverat, eandem ubique labantem instaurare; nihil tempori, omnia consecrare æternitati, hæc hujusmodi legionum studia, hæc stipendia. Gigantum aliquid æmulantur, dum cælo violentas

Legionū finis.

acies

ties ubique inſtruunt, Cælum in dediti-
nem populis inclinant; nec tamen per
bulas Iovem oppugnant, aut Phlegræ-
s tantummodo campos in pugnam de-
gunt, ſed ubique illis virent laureæ, vi-
tricia ſtant & perſtant monimenta, nec
montibus tantum ſeu Oſſa & Pelio, ſed
n Vallibus etiam ac imo triumphant.
Expugnatum ab illis eſſe Numen, argu-
mento eſt, quòd illud fulminibus & omni
propemodum telo Romæ exarmârint, ex
niti cum IGNATIO fæderis lege Romæ
propitium experituri alibi ſi tonet, ſi ful-
minet hic in nos Iupiter; Romæ Iridem,
hoc eſt, jugem expandit Socijs Arcum Pa-
cis. Has verò copias primò conſcripſit
hodieq; conſcribit Auguſtus Menſium
Cæſar, ne quid ad defectûs militaris de-
cus deſideres: Conſcribit & Februarius,
cui ſat ignium ad fervorem. decet enim
concipi Martiales ſpiritus inter ignes, ca-
ſtra ignea decet dies igneus ceu quidam
luminum Parens, qui novas etiam Ori-
enti faces offerat Matre Luminum aſpi-
rante. Non alget vel inter Februarias
nives igneſcens Virtus, etiam tunc Zonã
torridam ubiq; flammeo Mentis impetu
effectura. imò ipſi animorum æſtus (quæ
Antiperiſtaſis Amoris eſt) intenduntur

Cur militũ delectus in Februario, & Auguſto?

hoc

hoc brumæ frigore circumfessi. Et ſcio, an vicinius non ſit prodigio, ipſam æſtuare glaciem, & ſacra incen vel à nivibus intendi, maximè cùm vus Auguſti vapor non vehementiùs rat animos, quàm ad ipſum quaſi meri em deducta hyems, quando à brumi ſiam inardeſcunt præliatrices anim nec Alpium nives obſunt, quominus eas in Urbem arma hæc penetrent, ſumque ſed ſecuriùs conclametur, N vnus ad portas imò ad aras Annibal. Qu quam ſi promptus ſuoq; obſequio pare tans obſequendi ardor Vivum Cada exprimit, & ignes Februi buſtum ex bent ſepulchrale non vno hinc Phæn nec ſoli Arabiæ orituro; ſi virtus aur nec terreum inter hæc arma ingeni elucet; hodiernæ id flammæ proben ſi qui novos Alcidas ſeſe probare ge ant, his ignibus in domeſtica Oeta con grent; ſi baculum ſenis veſtigia pro lius arbitrio fulcientem obſequio e gant, hodie ſeſe offerant Simeoni; quòd vltra Palæſtinam ſacer Regum nio à Verbi cunabulis ad Orientis ſc ptra rediturus, in Orientem plures ſec pertrahat, & plures Æthiopicæ Nunn expoſcat. Quòd verò & triumphalem

Cur in feſtis DEI-

Cælisun

Cælitum auguſtal, & hodiernum in templi adyta MARIÆ ingreſſum ſolennis in Lojolanis caſtris Pæan ritufque excipit; etiam id militiæ noſtræ teſſera eſto, quæ vbique frequens ſatellitium ſuæ præbeat Heròinæ ſeu templum ſubeunti, ſeu Cælum. Nec avelli tantillum patimur, quibus non aliud pænè ſagum, quàm MARIÆ Paludamentum. Admiſit ſub illud Sociales copias, adeò hunc fovet Martem, quem ſic ſole contexta chlamys ſeu trabea cæleſtis contegit ac circumdat. Nec æther excludit ad Virginis tantæ veſtigia ponè ſubeuntem Militiam, qui cùm Perſei ſcutum gerat, Orionis diſtringat mucronem, luculenter militaribus armis favet. At neq; templi religio, quod ipſius pietatis paſſibus Divinior ſubintrat Virago, arma refugit vel excubias poſt defixum inibi à Dauide acinacem, & ſanguinem non horrent delubra, quo litant. Vt vt tamen ſit, nec æſtivus Leo, nec inſitus brumæ rigor longè nos à MARIÆ ſequela greſſibuſq; ſubmovet ac retardat: nam ad utriuſq; ſenſum occalluimus, utroque mundum oppugnare ſoliti, & igne, ſi frigeat; & frigidâ, ſi fatuis ignibus incaleſcat. Sic nobis æſtiua & hiberna cæleſtis diuidit Imperatrix,

Paræ purificatæ & aſſumptæ.

 peratrix,

peratrix, & Februario jus algoris adimit in calentes animos, & vernare laureis nives jubet; etsi non sterilior seges Messisque pullulet in Augusto, ubi tot assurgũt, tot centuriantur Manipuli, & inter triumphalia Cælitum Regnatricis militari plausu ac Votivis acclamationibus Sociorum agmen personat. Et decuit sanè, ut illâ teste fieret hæc militum auctoratio, quæ hujus armaturæ leges JGNATIO inspiravit, & docuit ex Orco trophæum prima erigere. Extra hanc aciem non sat feliciter militare initur Sacramentum. Hæc Lacæna istiusmodi viros parit, quos primò in Monte Martyrum adoptavit. Appendit ad ejus fana baltheum JGNATIUS, ne alibi pugnacis militiæ fulgerent insignia, quàm unde victoriæ certa capiuntur omina; vel ne alibi arma quæreret, aliunde tela peteret Martius calor, quàm è Virginis manu arisq; depositum servaturis. Insuper Romæ Antistiti si se devovent, & Vestalium primam colant; si Camillos Romæ restituunt, etiam meliorem hanc Camillam venerentur. Colit & Roma Tyberisque Clæliam, ne à Romani militis moribus alienum quis reputet, Virginem ex animi voto adorâsse.

Legionis arma. Iam verò hujus non rarò triumphanti

militiæ

militiæ robur geminum, Virtus & Do-
ctrina: hæc illis arma Dux induit, hæc
induxit ardua præliandi necessitas his fe-
licior hæc Troja redditur nullius decen-
nij ludibrium expertura. Caput militi
non galea munit, sed ratio, & Scientia-
rum encyclopædia: pectus non alia vel
armat vel ornat lorica, nisi Virtutum
præsidia. Solidum id munimenti genus,
nec rubiginem vel situm hæc arma con-
trahunt; nam & acuit expolitq; ferrum
in dies usus felicior, & cælitus ab eventis
grandioribus splendescit ferri acies, nec
à virium exercitio inter inertes inducias
torpet indoles tot bellis exercita. Ma-
lè aliàs in arma curritur, nec facilè con-
ficitur hostis, ubi ab horum neutro ani-
mi ornamento succurrunt suppetiæ; imò
utrumq; res postulat, ubi & improbitas
se hostem objecit, & cespitans in caligi-
ne ruditas vel error: suis uterq; hostis suc-
cumbit telis, errorem profligat Scientia,
Virtus sceleri canit exequias. Eminet
tamen vtriusq; armaturæ felicitas in pri-
maria hac IGNATII legione, quâ & ru-
inas mortalitatis fulcire satagit, & nova
Cælo excitat monimenta. Parum nem-
pe est alterutrâ ex his gemmâ gloriari,
nisi inter illas felix vnio intercedat. ab-

 sit hæc,

Votum obediendi Summo Pontifici.

fit hæc, vitrum eſt, quod tibi adamant
ſpecie illuſit. At verò ſummum virtu
hanc triariam legionem attigiſſe prob
memoratus Mons Martyrum, ubi pr
mùm conſcriptæ; & ſolidam virtut
probat ſolidior Petra, cui tenaciùs adh
ſit. Nec gregariæ forſan virtutis nota
ita novum è tot capitum & arbitrij
ſtura Capitolium ubiq; excitare, ſumm
in terris Antiſtiti ſuæ arbitria funuſq; vo-
luntatis, pedes imperato curſui, alas pr
pto in barbariam volatui, vitam mill
occurentibus fatis æterno addicere ſa-
cramento. Rarò ſic mentem juratam
ardua, ruentem ultro in mille diſcrim
na in veteri milite recenſuit Roma, quæ
nullis etiam velis, nullo inſtructum r
mo, ſolo virtutis commeatu, quoquò l
beat, poſſit immittere. Egregium ve
id, Triũphalis legio, & tuum; dum t
Romano Capiti ſic obſtringis, cælum t
bi pulcherrimè devinxiſti. Secura
gloriæ, quam Petri clavibus committi
Facilè perennitatis panduntur adyta, cu
Claviger hic recludit. Vix inſuper u
pulchriùs laus adornari muniriq; potu
quàm tibi Annulo Piſcatoris nam n
annulus Martem Romanum dedecet, q
pronuba laudis æternitas ſubarrha

Tu

Tua verò vel hinc gloria perennabit, quòd in ære perennius monimentũ Petram inciderit, cui tot feliciores *Prometheos* catenatus Petri amor cultuſq; affixit. Nec Tyberis tuum abolebit nomen, qui minora in Romanorum faſtis facinora ſuis fluctibus obliterari non ſinit. Tuis & ille ſudoribus intumeſcit, & Liburnicam Petri, quâ Cæli fortuna vehitur, vltra Oceanum & Gangem deduci, tuiq; Martis terrarum diſſita pervagantis interventu gaudet extra Africæ confinia ſe Inſulas reperire Fortunatas. Meritò proinde tantus Vaticanæ Urbis Fideiq; amor, meritò tanti Capitis reverentia non ſine præconio, Iuratæ Pontifici Animæ, quòd non ſolum Pompeij theatrum, non ſolus Romæ Tullius, ſed Orbis Orator perſonabit fremente nequicquam hæreſi, quæ in ſuam veriùs ſe armat perniciem, quoties conſpirat in veſtra m . Et quidem tantò fixiùs Honori in meta conſtitiſtis, quãtò illum obſtinatiùs è modeſtiæ voto faſcibus obliqua Virtus prohibet arcetque ab acceſſu. Nunquam læſus repulſam non ulciſcitur honor, & ora ſaltem ætatum referat, famæ livida vetat ſilentia, ubi injectis fortunæ inſignibus nequit onerare Virtutem. At hîc Romanis de *Votũ contra ambitum.*

ambitu paretur legibus, & quia lex Æmilia hunc ab Urbe proscripsit, ac Æde Honori dicatâ DEUM Honorem esse voluit, ne humana temeritas vel ambitio votis etiam ad illum aspiraret; Æmilia lege vivitur, ac emeritæ legionis arma, odium hostile in ambitũ exercent. Alibi uberrimum virtutis alimentum est honor, hîc meliùs Virtutem alit proscriptus; & quamuis non rarò sub hac galea doctior cernatur Mercurius, cui galerum, hoc est, insigne Mercurij Roma offerat, ad nihil tamen citiùs, quàm ad Sacram Purpuram erubescit. Unam deposcit optatq; infulam, quæ victimas iãjam ferrum ab infensa Virtuti tyrannide excepturas exornat. Nobilis sanè cum honore lucta, ubi adeò interdicta vltrò, eminendi studia solem etiam nube contegi volunt, & merita cumulari satagunt, non coronari, nam nullâ re magis consecrari profanum ducit Virtus, quam sacris etiam insignibus; lucem refugit, in umbra sibi beatior, quàm in Sole: Splendidius illi, quò lucis in arduo sitæ radius non pertingit. Hinc illæ, quas pronis auribus cælum excipit, iuratæ in ambitûs exitium voces, æternùm accensa honorum odia: hinc nullius honoris auida,

plurium

plurium capax meruisse contenta gerere contemnit Virtus, ita vt soli ad arcanum pectoris conclaue penetrare, soli reserare illud liceat, qui Petri claves vicariâ Numinis obtinet potestate, ne his quidem Clavibus quidquam profecturis, nisi occupaturæ animum noxæ periculum immineret, ac Virtutis parricidium timeretur. Neque verò emeritæ cohortes ita maximis insuevère, vt minima detrectent certamina: Etiam minores palmas rapere illis palmare ducitur, nec post Majores ceu in triumphali quadriga triumphos, pedestrem etiam aspernantur. Dum Romæ terminos, dum Cæli ditiones provehant, an instent cæptis grandioribus, an levior incumbat labor, perinde habent: in sole ac pulvere, an in umbra Pæanem mereantur ac referant, nil pensi, nil habent discriminis: perinde illis in arduo, perinde in aprico, ac in umbratili recessu laurus pullulant, & in tenui labor, at non tenuis gloria. Hinc non ita Indias animo complectuntur, vt non etiam propiorem Spartam excolant, non in Oriente solùm, sed & in Occasu radiant, ac tum intra Solis Aquinatici Cælum novos Provincijs soles, tũ in minuscula ætate Phosphoros accen-

Eruditio juventutis.

 dunt,

dunt. Videas in illis & tenuiori plebeculæ Valerios Poplicolas non deesse, nec qui tenerioribus annis prima fidei virtutumq; elementa instillent, & per pulcherrima animorum lucra extra Oceanum, Oramq; Piscariam gemmas colligant sparigantq; in commune. Audias illos rudem expolire pueritiam, erroribus afferre interitum, ubique victricia vibrare, vbiq; intentare arma, vt hebes ignorantia mentis aciem expauescat. Hinc novi hujusmodi Chirones non unum à teneris instruunt Achillem, & (ne quid Romæ non blandiantur) non unum illi Marium rursus excitant, cùm tot efficiunt MARIANOS, tot Latio Papyrios restituunt, & Romanam Tullij familiam latè in sæcula extendunt Occidit eorum armis prostrata passim iners inscitia suo quod latè obtinuerat, exuta regno, admirata se repentè in Sapientum coloniam transiisse, qui extra Athenas affatim provenirent. Iacet ergo triumphante ingenio, victori calamo profligata & proscripta ruditas, nec jam vel tantillùm Caput erigit, nisi vt penitùs obteratur. Iacet & Herculeo majus experta robur hæreseos hydra, quam tot capitum fætam, tamen absque uno Capite Romano monstrosam strenuè

mon-

monstris hujusmodi fatalis Legio confecit, miserta tot Lernam hanc incolentium, quibus cæli fores patere non posset, eò quòd Romæ veteris abjecissent Claves; nec ostia Beatorum recludi, quòd per Ostia Tyberina ingredi dedignentur. Sed neque Urbs & ora hæc sine pari militum armorumq; delectu? Ducâlis olim gloriæ capax, etiam castra capit, Romæque dominatrici captivam sacris in vinculis offert libertatem. Tamen hæc etiam sic devincta movet lacertos, nec in prælia it inermis, cui præter sagittæ Sprouianæ gentilem pharetram aurea vel sacer Chrysologus arma oggerit, vel cuius lingua fulmen gesserat, Demosthenes. Et Sacra, & profana id rostra testantur, quæ per Sarmatiæ Duumviros dum Lojolanum hodie Martem augent, nec arma togæ, nec linguæ lauream cedere, sed posse invicem sociari fatentur, & hoc ipso veterem Tullij sensum refutant. Approbat & Roma hæc copiarum auctaria, gaudetque nec Septemtrionis frigore de Martiali æstu quidquam remitti, quin vel Zonam frigidam accendat. Inter buccinas militares non ingratùm & Polonæ clangunt aquilæ; quæ tamen etsi cùm Romanis aquilis fædus ineant, tamen pacis inducias

Hodierna Professio.

Insigne Fundatricis.

cias non facilè speret vel facer in exedris, vel improbus in rostris labor. Ibi, vel quò Romanæ rei spes destinaverit, novi legionarij strenuum fatigabunt Martem, strenuam & IGNATIO Duci, & Vaticano Orbîsq; Antistiti operam probaturi. Dixi.

ORATORIS MARIANI PARS III.

Argumentum:

DIVI MARIANI CVLTORES é Soc: JESV.

I.

NOVVS

ATLAS ORBIS

Sanctus IGNATIVS de LOYOLA Soc: IESV Auctor & Parens panegyricé exornatus.

Occasio muneris Atlãtici.

HAbet jam pridem fatiſcens Orbis Atlantem, qui ruentem fulciat, Auditores. In præceps ibat humana temeritas, eò quòd ruinæ proxima ſint, quæ per faſtum vel nequitiæ culmen ſub cælos ivêre: jam mora temporum, jam ſeneſcentis ſæculi caries dehiſcentem pænè ſubruerat; cùm ab Hiſpania, quæ prope columnas Herculis ſita etiã Atlantes parit, labenti novus occurrit Atlas. Arx Pampelonenſis illi roboris tantùm indidit, & cùm lapidis excuſſi pondere impreſſit Orbem. Et tutò illius humeris tanta incumbet moles, cui exercitas ſub Sole vires belli incommoda duravêre. Miles hic non caſſidem tantùm, ſed Empyreum cum terris onus ferre poterit, non ſub clypeo deſudare promptior, quã ſub cælo. Pila quidem tormẽtaria quondam illum ad terram alliſit, ſed caſus hic pulchriùs erexit jacentem, adeòq; læſa etiam tibia Pæanem illi canit, quòd ipſo caſu major aſſurrexerit, & impulſu ruentis lapidis ferri ſurſùm cæperit ad Divina. Magnum aliquid moliri videbatur cælum, cùm circa IGNATIUM moveret tantum lapidem, tibiamq; frangeret, dũ tanto pararet Capiti ſanitatem. nam parum erat cælitus arietari pectus, etiam

 murali

murali tormento inter Gallorum classica excitari debuit tanta virtus, quod tanti ponderis Heroëm ad ipsum usq; cælum impulit & quærendum (quamvis nisi quærendo alijs, sibi illud invenire vellet) & ferendum; ut cùm Atlantem jam fabulæ cælo submoverint, hic illo superior succollare Orbem ex vero inciperet novus Atlas. Nec ad mollia primam ætatem in eo Virtus excoluit, postquam plumas excussêre vigiliæ, quæ admirationem omnium ætatum excitabunt; & ardua cæpit esurire longior fames. Lecto quidem affixum ex vulnere, levior quia profana lucubratio ad legendum heróica invitabat, sed tempus hâc fallere non siuit æternitas, & veternum in lecto dispulit è cælo ruentis Petræ fragor, cum qua cælum pariter in IGNATIUM adstante cæli Clavigero defluxit. Nec aliud suasêre, quã labantem mundum excipere, cælitum fasti, quibus se protinus inscripsit, dum humana stylo Virtutis proscriberet. nam elinguis gestorum facundia, & quot cælestium Heroum facinoribus, tot illustribus notata Cæli asteriscis pagina cælestis virtutis jugum facilè persuadet: Ire jubet per Divorum vestigia mutus hic Orator, & Atlantis decus in veritatis nuntiam referre

Atlanti- carum bi vium præ exercita- menta.

imum.

idum.

referre conatu generoso historiam. Neque humile quid agitat Lojola, qui Virtutis rudimenta orditur in Monte, etsi vel inter vallium ima toto vertice eminet præclara indoles. ibi dum illustres armos ad augustius initiat onus, grauem pretiosi cultûs sarcinam dorso excutit. nempe molle vel crispatum auro paludamentum probro est oneriq; animæ, quæ cælum gerit; nec terreno Phrygionũ textu bene lux accenditur, ubi clarior siderum contextus cervicem premit. Adhuc & baltheum auro textilem ad aram Magnæ Virginis ab humero refigit, Zodiaco (qui cæli quidam baltheus est) & quinque irruentis Mũdi Zonis pulchriùs præcingendus, quæ Atlante iterũ eguêre. alio quippe Virtus eget munimine, cui siderum exercitus non vnum armat Perseum imò & Personium. Sic ergo Atlas nobilior excutit ignobile terrarum pondus, quarum graveolentiam præ Augiæ stabulo magis horret; iamq; Cælum subire torosior virtus parat, sub cultu lacero Empyreum tegens, iamque bajula Universi. An enim cervicem illam tereret intexta chlamydi auri bractea, quæ simul animi decus deterit? an galeæ caput submitteret vel Martis terreni hastilibus manum, quæ

3tium.

4tum.

quæ

quæ contra Cælum persæpe militant? an
mortalis fulgor fucatâ pelliceret venu-
state, quæ, dum tumor in altum librat
præcordia, in ima deprimit? Potiùs ad
gium. publicæ sphæræ machinam ritè perferen-
dam, IGNATI, per duriora vires excole,
quæ vel probitas ultrò, vel hominum ma-
lignitas ingesserit: nam & aspero calli in-
sistere amat duris inhærens Virtus, & ma-
lignas aures gerit improbitas, apud quā
triumphale mentis facinus pessimè au-
dit; proinde dum cæco verbere perso-
nata plectit vitia, virtutem pænè obtrun-
cat. Ergo temerarius livor hunc pieta-
tis commeatum plenis horreis IGNA-
TIO admetiri, certatim probra inflige-
re, quæ insontem animum pessundarent;
in jus vocare ac plectere innocentiā, quæ
idcircò in foro nequitiæ rea; quòd à pa-
ribus nævis aliena, Tanti constitit vin-
dicatus Candor, quem mollior lenonum
turba ejuraverat, & pro venere Martem in
arma rivalia contra Loyolam concitārat;
cùm ille iam excepta verberum grandine,
prope obtritus integritati ferret suppeti-
as, Cælumq; procis aperire contenderet
Cæli Atlas. Sed tamen dum crudis alitur,
tium. & ferre pondera edifcit ferendo, adhuc
ab illa spontè obduruit asperiora corpo-

ris laniena. nam, quòd Pietas suum nomen raró à crudelitate sibi austera non incipiat, sævire in se docuit, IGNATIUM dum sævitiam foris exercet improbitas feriorem: detonare in se jubet verberibus, & jam ferendi Cæli tonitruis proludere: procellâ excussi sanguinis innatare, ne Serenum semper à Cælo humeris illapsuro speret; etsi inter hæc fulmina nullæ in fronte animoq; nubes, & ipsa pœnarum acerbitas intimæ voluptatis dulcedinem destillaret. Adhuc tamen & vasta Oceani emetiri, & per Atlanticum in Palæstinam trajicere placuit, ubi Suavitate ponderis inescari posset, postquàm Calvariū subiret collem. Et certè hinc illi accesséte animi, hinc solidatæ vires, nec esse sub decoro detrectavit onere, vbi DEI vestigia conspexit funestâ quondam arbore oppressi; desijt in Monte illo pavere mundi Sarcinam, ubi pavere voluit DEVS, ut auderet humana imbecillitas. Ergo subi, quæ talem postulat, moles, nove post complures alios Universi Atlas. Ruit illa, magnâq; suî parte in præcipitium vergit, nisi ruinas minitanti opportunius succurras. Squallent jam delubra, & rimis dehiscentibus fatiscunt! non in illis vocalior in DEI præconium

7mum.

Atlanti munus suadetur.

Quis tūc rerū status? quā

Atlantis necessitas?

conium harmonia personat, non Sacræ facundiæ rostra detonant, non aræ calent victimis, offulgent ignibus, sed situ squallido obsolescunt, adeóq; languet religio, nisi per te caput erigat. Quid rudior ætas? abest, qui cæli rudimentis recentem testam imbuat, qui cum Atticæ eloquij suavitate pietatis nectar instillet, cum Apolline DEVM, cum Pallade Mariam. Quid Vrbes? litibus extra forum incalescunt, duellis minuuntur, vbiq; luxus omnia dissolvit, enervat inolita libido, friget æternorum studium inter æstus licentiæ, ac ubi fluxa blandiùs in animum influxêre. Quid Europæ dissidia? quid Septemtrio sub Cælo frigido atrociùs effervescens, cùm in fidei divortia exarsit? Ruit & saxonia, quàm Orci tabula *Lutherus* in ausus ac errores sacrilegos fecit ceream. Et Sueciã eadem aflavit lues nec Gotticus *Leo* timet Herculem, ubi omnia confudit, perditus erroris amor! Anglia novum pænè rationi fecit convitium, cùm, velut non mascula sit Ecclesiæ Virtus, in Elisabetha prole spuria Caput Ecclesiæ adoravit: Alemannos non unum virus enecat serpitque latius, ni Hydra ferrum Herculis patiatur. Quid Orientis tenebras, & in diei cunabulis

Genebr.

ipsum

ipſum propè noctis meridiem loquar? quid ritus gentium Orco expiandos? Quid Aſiæ luxum? quid tot regnorum exitium, tot animorum excidia? quid Virtutem ſcelerum colluvie proſcriptam, & omnes ferrei pænè ſæculi notas? Corruet Præceps Univerſitas, niſi Atlantis gloriam roburq; æmulere, ac præcipitē devolui per nequitiæ, per abrupta errorum nolis, ac terrarum miſerabilem ruinam prohibeas. te collapſa in virtutum gymnade diſciplina, te nivei mores Vindicem, te moderatior vivendi ritus poſtulat aſſertorem. nam hoc ſolidè Conſiſtente nunquam ſecuriùs ſcelus ſtetit. Ergo nè illa peſſum eat, languentem ale ac ſuſtenta vitalis Verbi obſonio & robuſtiore facundiâ nec enim humeris tantū ſed Verbis etiam Solidum robur ineſt, ubi de tali pectore prorupere. Addet eidem vires crebriùs tuo ſuaſu appoſita ſamenti Ceres beatior, ſine qua nemo frui aut bonæ frugis, quam nonniſi pietatis calor appetit, prout diuturnior à vitæ alimento abſtinentia vitalem diminuit calorem. Denique, quâ potes polleſque, Virtutem aſſere, ac in erigenda promptum te Atlantem exhibe. Nec recuſavit onus, quod illi decreta Cælitum, Romæ Ora- *Atlantis munus exercet.*

cula

cula injecêre; ubique Atlanti æmulam cervicem gessit seu ferret ardua, seu patraret, pluribus succollandis non impar, si mera de pluribus Mundis, Democriti somnia veritas approbâsset. Primò tamen vires Atlanteas experiri libuit, si licuisset, sub Cælo *Lunæ*, quæ Asiam Thraciæ coërcet imperio, ubi cæca gentilitas sub Othomanicæ Lunæ tam diuturnam dormit noctem, & diem pati recusat ad fidei auroram facilè orituram. Voluit illuc etiam Solem inferre, ne diutiùs nocturnæ cùm Luna regnarent tenebræ; nisi quòd Atlantis munus illi obtulerit primò Mons Martyrum, vt Cælum propiore humero exciperet. Debet tamen Mons ille aureas Herôis dotes & Lutetiæ, quæ secundò murmure sibi applaudit, quòd dare lauream illi Capiti potuisset, cui Cæli laureolam meritan exuêre; Eadem auxit Doctorum laureas, cùm illi Socialem addidit magnarum mentium comitatum. nec enim solus hanc Spartam inijt, non quòd Solus haud posset, verùm quòd diutiùs & post fata vellet. Atlantum etiam sese parentem gessit, cùm tot eorum domicilijs auxisset Urbes, quot in senescētis mundi Suppetias Bonæ Spei Capita pertraxit. Decemviratus inpri-

Adiunctis sibi 9. oneris ejusdē bajulis.

mis

mis placuit, ne Roma etiam hoc in numero aliquid non Romanum agnoſceret. Nec parva nomina incluſit Atlantica hæc decas, ubi & Xaverius acceſſit alterius Orbîs Atlas (quod vnus duos non caperet Mundus) quem ſublato extra ſomnum in humeros Indo generosè tulit, & per tot Oceani terrarumq; tractus tam dulcem Sarcinam requiſivit, imò cũ tam longa illum jactaret nauigatio, adhuc ejus ſiti non ſuffecêre tot maria; nam cùm Orientem ferret, adhuc Ampliùs ſuo ipſius teſtimonio ferre poſſet. Atlas adhuc credi poterat & Petrus Faber cæleſti opificio deſtinatum Nomen, & vir planè ſui nominis, dum ferrea plurium corda emolliret, ac in aurum refingeret: Atlas & Iacobus *Lainius*, cuius Oraculis etiam Tridentina incubuêre Comitia. Atlas & Salmeron, qui Cæli arcanis gnauiter intentus Cælum in paginam videtur transfudiſſe. Nec in alijs, qui primam Sociorum decadem texuêre, Atlantis plurimum Europa non reperit, quibus votorum ſumma fuerat labens ſæculum à præcipitio vindicare, pro Cælo Romaq; omnia agere atq; pati, in ſalutem publicam & vivere & mori. Sed eminuit inter hos Atlas grandior IGNATIVS

Orbis A. et ut.

TIUS (nam & ignis sphærâ situque inter elementa eminet) tantùm quò ipse pertingere nequiret vicariâ minorum Atlantum vsus operâ, seu terrarum dissitas in Petri vincula compingeret, seu Zonam torridam geminatis ardoribus inflāmaret, seu Aquilonarem cælestibus flammis exureret, seu Indum ac Æthiopem aquis lustralibus lavaret, seu barbariam ritu ac legibus Christianis expoliret, ne arctiùs regnaret Immensitas, quàm terrena umbram porrigeret Magnitudo. Ipse tamen Vaticanæ Petræ institit, Petro propior, à quo æger olim ex vulnere erectus, vt in Atlantem surgeret, & tibia pedis solidata, ut firmiùs sub universi pondere figere gradum posset. Non sic tamen Romæ substitit, vt non ultra mundi confinia virtutem provexerit, dum lacertosas vires subderet Orienti per Xaverium Armuzijs per Barzæum, Æthiopiæ per Nunnium, Monomotapæ per Silveriam, Abyssinis per Anchietam, Sinis per Riccium, Lusitaniæ per Simonem Rodericum. Germaniæ per Canisium, Angliæ per Campianum alijs terrarum oris per grandes animas (quibus nulla tellus, nullum mare contumax) Atlantis vicem pro modulo subeuntes. Nec imperio

magis

magis quàm manu valuit Atlas novus, non utique nactus ingenium, quòd grandia molienti animo manum fubtrahit, & alienâ manu laurum prenfat. nemo Lojolâ promptior, ubi pondus incubuit: hic diferto pulchri facinoris magifterio, illic inflammatiore affatu: hîc prodigiis, ibi facris commentationibus cælo tot animas pronâ cervice admovit. Immenfa planè mentis capacitas, quæ fæpius patentes in campos eum propulit, quòd auditores urbium vaftitas non caperet quos tamen capere ac gerere vna hæc cervix potuit. Vt ille Orbem in altum extulit, cùm etiam per proxima morti corpora faceret anaftafim animorum! cùm in omnium faftidio ciborum ægros Angelicum doceret epulum efurire: cùm Mundo fui Nominis oblito thermas in Verbi fontibus perfuaderet, cùm Palatum acueret in cæli bellaria, cùm mera abdominis mancipia jugi Convivio crebriùs invitaret; cùm fana Divorum à fitu & fquallore vindicaret, cùm etfi tartara fonaret, quod intonuit, Virtutis empyreum accenderet! Quid cùm in cæli ftudium irrefragabilis exempli violentiâ peurgeret? nam & proftratam Virtutem exempla erigunt, nec tutiùs columnis domus, quã

Atlantis beneficia in Orbem Christianum.

vitæ

vitæ probatioris ideæ, probitas superstruitur. Malè Atlas in sublimè incumbentem sibi sphæram erigit, nisi humero & ipse in cælos erectiore Cælum spectet nō humero tenus tantùm cælestis, sed totus.

In juventutem ac ingenia.

Adhuc inerti otio sepulta plurium jacebant ingenia, sed illa pulchro literarum Cœliq; concentu Atlas hic excitavit, & extra Athenas Minervam cùm Virtutum choragio pro Musis dedit, & in quavis Cæli parte primæ aut secundæ magnitudinis sidera in gymnasijs accendit, Cygnumq; & Aquilam Cælestes in volucre plurium ingenium transtulit. Hinc tot Sapientum examina, quot nec è ludo Isocratis Rhetores prodiêre: ubiq; in portenta Virtutum ac doctrinæ vigili magisterio juventus adolevit, Ludi Apollinares & Megalenses seu Magnæ Matris ludi extra Romam effloruêre, Parnassus iam Olympo vicinior gemino literarum ac pietatis fastigio assurrexit, Palladis propylea in Cæli atria demigrârunt, Poësis novam induit morum Metamorphosim & animorum, dum inspiraret entheum, quo non Phæbum duntaxat spirarent præcordia, sed & DEUM: Iam in Tullij palæstra non cultior benè ornatèq; dicendi, quàm vivendi ædificitur idea: ad

Orga-

Organum Aristotelis concentus virtutis instruitur, in Corporis Naturalis Obiecto eruditur Spiritus: in Mathesi rerum, sed non virtutum superficies at medulla attingitur, & angulorum major peritia, in quibus latebram invenit celata virtus denique à Thomæ Angelici nomine abyssus Scientiæ, à pectore sol in tot ingenia morumq; fulgor transfunditur: Verbo, conciliante fœdus IGNATIO, scientiæ virtutibus fœderantur, & gradus in literis in arduum Virtutis promovet, tam ad altiores provehens classes, quàm ad cælos, cùm & astra impleat & claustra. Mitto erecta tum Germanicæ, tum Pannonicæ iuventuti (nā vtriusq; patriam desipere cogebat tum lymphatica hæresis) ephebæa, quæ ibi literis imbuta, *Romanum* cælum cultumq; in Patriam illustri metaphorà transferret. Nec solis literarum elementis ruditatem Atlas Hispanus sustulit, sed ipso etiam aquæ elemento nequitiam oppugnavit, in quo melióR Tantalus sitim animorum recrearet, imò accenderet. nam majore siti æstuat, quisquis in his æstibus ad votum etiam potat, veluti hydropem talis curaret haustus. Ibat effusa in virtutis ludibrium adolescentis salacitas, cùm *IGNATIUS* in *In scelestos.*

algidum

algidum præterfluentem desilit, gelu h
minis insanum iuvenis ardorem pere
pturus, & in lenocinia ruentem revo
turus illicio tormentorum, dum è geli
stagno Suadâ omni melior virtus pero
Et emersit sanè immerso in lacum Lo
la pænè iam præceps, iam naufragus p
dor, et algente illo ignes verè fatui ref
xère, adeoq; Vitalem animæ calorem in
xit de glacie perditus adolescens; & oc
cupatis auribus non iam cerâ, sed incr
pantis tonitru, suam ultra non audiit
diitq; Sirenulam sic ruenti per prærupta
pudoris adolescentiæ præstò affuit bene
ficus Atlas, dum perditum hunc ipse
propemodum pereundo servavit, & flo-
rem his aquis alluit, ne marcesceret. Sed
Cæli magnetem affricuit *DEUS* Atlanti-
co illi pectori, quod *nisi* plurimis parta
salutis Cynosuram reperisset, non quie-
vit; ut proinde tamdiu se per orbem cir-
cumageret, donec errantes per circum
animos ipso figeret in centro Virtutis.
Diceres novum in hac rota Ixionem, nisi
quòd illum tormenta testentur infeli-
cem, JGNATIUM in asserendis cælo
provincijs sua faciat solicitudo perbea-
tum. Nam suum habet vel apud infe-
ros cælum, qui satagit pro virtute. Atq;

hinc

hinc quantus inclinatam in intimum A-
uerni centrum, totq; alios suâ ruinâ in-
volventem hæresim invasit! quantus in
stygis rabulas, quantus in Hydram hanc
& nova monstra Hercules insurrexit per-
tinaciam eripiens obstinatiùs perire am-
bientibus! Propulit hæc plerosq; in ulti-
mum discrimen? retraxit IGNATIVS
stylo & linguâ, ne stygem cerneret tanta
cæcitas. Malis confusum artibus vene-
num alij sorbebant? letalem cicutam ne
vecordia sorberet, effecit. Caliginem ve-
ritati parabat hostis offundere? prohi-
buit terris vel vmbras errorum sensim
irrepere, cùm prodigiosam lucem funde-
ret vel ex vultu. quidni enim & vultu
ignesceret, cui tam propè in humeris cæ-
lum, in quod pro vno Astrææ, tot Virgi-
num congessit sidera, tot immersos salu-
bribus lacrymarum undis Aquarios, tot
æmulos mutuæ virtutis Geminos, tot qui
recta in cælum collimarent, nec à meta
felici exerrarent sagittarios, tot denique
astra, quæ ut cælo radios, sic nostri Atlan-
tis vultui nitores affunderent, & per ful-
gorem capitis novam cervici gratiam
imprimerent. Quodsi sub terrestri cæle-
stiq; globo sudore copiosiùs diffluxit,
novum ab hoc etiam Atlante deduxeris

In errores sectarios.

 Mare

Maioris Atlas gloria Divinæ inter tolerata ludibria.

Mare Atlanticum vel sanguinis DEO Fideiq; in nepotibus litati, qui tamen crevit Oceanus, dum in eum tot opprobriorum fluctus devolveret effrons livoris temeritas, etsi suam acrimoniam nomenq; illa protinus amiserint hoc in pelago, qui à plenis convitiorum alveis quandam imbibit suavitatem. Nec non fluxêre liberaliter ludibria, dum totus desudat in gloriam Atlas, non vriq; suam, sed DEI; nec exiguam, quia satagit efficere Majorem, laborum dolorumque ac Divinæ gloriæ sincategorema infinitum vel maximè amplexus, cui gloriæ Atlantem se exhibet & columnam, sed cui nunquam inscribi patitur, Non plus ultra. Sed quia cælum in Herculem inclinavit Atlas, etiam tu par decus cum viribus sociali humero imprimis, beate Atlas, nec tamen Atlas esse definis, postquam mortalis etiam esse desijsse. Etiam post fata incumbere tibi Cælum, documento sunt Stellæ tuis in cineribus scintillantes; & Capiti emerito Solem per radios circumfudit Gregorius XV; demum, quia terræ graveolentiam ferre nequiîsti, cælum tibi jure Atlantis, iure perpetuo addixit. Dixi.

Atlas Cælestis.

GIGAN-

GIGANTOMACHIA
ſeu
Panegyricus S. FRANCISCO XAVERIO Deos Orientis adorienti ac demolienti.

CLaſſicum canit validus Orienti Gigas, Auditores. Nec ſurdis cecinit, quando canoro Virtutis Claſſico excitata Deorum erumpunt agmina, quibus vix nova ſtrenuè intentat prælia, rata feliciter orditur & trophæa. Bellum enim exarſit pro DEO contra Deos, pro vno contra omnes; unuſq; commentitia Gigantum arma, commentitium Martem FRANCISCUS à fabulis vindicavit, Iovi etiam metuendus, quem ſuis fulminibus, quæ illi Apellis benevolentia vel Praxitelis Cælum tribuerat, exarmavit, adeòque nec in marmore aut ære Iovi jam ſævire licet. Nec nodo implicatiore impreſſa in lumbos currentis lora Gigantéos paſſus impediunt, quin debilitati etiam pedes excurrere ad victoriam poſſint, qui quoties claudicarent, ſui toties triumphi monerentur. Nempe non impar Xaverio & Lojolæ decertandi ratio, ut nec im-

Novus contra Deos ac idololatriã Gigas.

Gigantũ paſſus.

par triumphandi felicitas: uterque vi-
tatos à vulnere format passus, utrique
læsa etiam pedis tibia triumphum canit;
uterque dum novam fabricandis in Deos
fulminibus molitur Vulcaniam, Vulcani
fabulam in pedem admisit, ut sanioris ti-
biæ usu velut unico Dijs cedendi admi-
niculo destitutus, staret adhuc in acie,
atque affusorum sibi Numinum ruinâ ful-
ciretur. Quò enim, proniùs quam ad pe-
dum vestigia defluerent, quæ minax Gi-
gantis imperium infima terrarum pete-
re ac Orci pulsare repagula coegit? Nec
vires Xaverio non ad pares victorias so-
Gigantea rũ virĩũ alimẽta. lidare visum est crudiùs alimentum, fæ-
dum, inquam, purulenti vlcus, ex quo
& vincendi fiduciam exsuxit, & prælibà-
tâ suî victoriâ virus imbibit in stygem
effundendum. Hæc ambrosia Divinum
Gigantis robur aluit, hæc famelicam in-
solentis triumphi mentem pavêre trage-
mata; documento posteris, quòd bonam
indolem & ipsa bene nutriant venena;
& virtus inter bolos tam palato insipidos
maturiùs adolescat, vt inter crebra cælo-
rum tonitrua coalescit Cerauniæ gem-
mæ nitor. Crevête Gigantis animi in
Alia subsidia. Monte Martyrum quem ille præ Gigan-
tũ montibꝰ novo ausui delegerat, frustr

impo-

imponere Pelion Offæ tentaturus, cùm unius montis ſupercilio Dij terrerentur, quamvis & in vallibus cauſa melior triumphat, nec montium juga exigit ad trophæa. nam etiam quò profundiùs irrepsêre, tantò per ima certiùs in ſtragem conſpirant cuniculi; & cælo vicinæ moles præceps metuunt, ſi acti ſub terram doli validiùs baſim pulſavêre. Hinc ſeu deſuper belli procellâ detonaret, ſeu ima dolum tegerent, actum iam de te fuiſſet, Vetus Romæ ſuperſtitio, ſi hujus in Gigantis arma incurriſſes: actum, niſi calamo te nautico ab Urbe proſcripſiſſet Petrus, Pauli gladius ſubmoviſſet, jamq; nullum inibi profanans Urbem fanum, nulla vel in Latio Saturno latebra ſupereſſet, nulla delubrorum veſtigia, cùm ibi Gigantes illi fixêre ſua. ut ferme horret fugitque veritatis commercium falſitas deprehenſa, ne in nervum abeat & publico mulctetur error, dum in nativum erumpit meridiem certitudo. Ergo cùm in Occidente deeſſent fana, quæ dirueret, Orientem aggreſſus, cui nec tanta ſolis vicinia profuit, quin continuam noctem ut vultu, ſic animo circumferret. Oriens adventitias poſcebat vires, quæ inter ipſa lucis dierumque cunabula re-

Gigas Orienti Dijs fatalis.

gnantes tenebras profligarent, ac Orient redderent Orientem. Et Gigantem e postulare visa calamitas, quod cum Dij tenebrionibus res esset, atq; Gigantibu concessum olim etiam arma capere contra Deos. Atque adfuit tandem ab Occidente advena FRANCISCVS in Avernalium Umbrarum auroræ confinia temerantium triste exitium; adfuit, diemque à fanorum bustis Numinumq; rogis incendit. Caruisti hâc quamvis Orienti diei propior India, quamdiu fatali tot delubris incendio non arsisti. *Diem* tibi non facilè vicinior *Sol* dedisset, nisi ultricibus flammis in simulacris Iaponi conflagrâsses, adeòque non antea tibi expeditum fuit surgere, quàm fana ruerent. Accersendus fuerat, qui te propemodum collapsam pulcherrimâ deorum ruinâ erigeret, ac Orientem ab Occidente afferet, nonnihil subiratus, quòd in ipsis diei nascentis incunabulis tanta noxa adhuc esset, nec Romanum Occidentem totus adhuc Oriens adorâsset. Adoraverat quidem is Romam antea; sed sanctior jam Roma fuerat, quàm ut illi profana sufficeret veneratio populorum abdigenda erant & fanorum Numina, ut eam Romanumque Numen suo in terris

collapſu profundè colerent. Et docuit Europæus Gigas unico nutu ſic DEUM, ſic Romam colere, dum pulcherrimo auſu ad terram afflixit, quam popularis error cælo ariſq; intulerat Numinum Majeſtatem. Quare triumphalem imprimis claſſem inſtruit Xaverius, maritimũ è pyratica Deorum turba triumphum vix auditò aliàs exemplo initurus. nec unam tantùm obtinet navalem aut Roſtratam, dum novam cum nautica fæce ac fluctibus committit Naumachiam. Reperit Promontorium Optimæ Spei, ubicunq; in anchoris felix ſtetiſſet Argo (fortunam veriorem quàm Cæſaris vectam hâc puppe diceres!) imò didicit à Cruce modeſtiam & contumax influctus ingenium compoſuit turbulentum Mare, dum illud non tridente, ſed Clavo triplici coërcet Xaverius; evaſitque pacatior Neptunus, poſtquàm naufragum recepit cum Cruce DEVM. Ne hunc quidem mortuum Mare pati voluit, quin referret, impenſo per Cancrum vectigali obſequio, ut emergeret retro demerſa felicitas, & quaſſatæ Divi Liburnicæ redirent alcyonia nunquam pari Oceani æſtu intercepta, quàm dum Sol in Cancro hujuſmodi fluctuaret. Atque hic primus Gigantis

Triũphus de Neptuno.

 noſtri

nostri cum pelago conflictus, quem ill suis fluctibus, suis devicit Scopulis, Ne ptunoque *Insulas* addidit Infortunata Sed riseris sanè primam belli tempesta tem, Xaveri; plura tibi extra pelagus su persunt in littore duella. Armantur cõ trà toti Deorum cunei, Orcus in armi dat ferale classicum, Mars acinacem, Iu piter fulmina, Liber lymphatica suorum arma expedit. Verùm hæc *in* fabuli tantùm metuenda. fulmen ille non ti muit post lauream de Neptuno; nec ful mina laurus timet. Mollius item est ad ulteri Iovis telum, quàm ut illo acerri mus obruatur Gigas. Vulcanum pud iam ea tantùm fabricare arma, quibu Gigantes non vltra Phlegram vel com mentitiam cogitationis arenam poste nantur. Majus imminet Iovi fulmen ubi, FRANCISCVS vel verbo intonuer Tonanti similior quàm Giganti. Di opprimendis natus est, & in Ioues etiam fulmen gerit. Opprimit hos ille, & no unum efficit Vulcanum; nisi quòd il simul cum vulnere Deitatis adimat insi gnia, nec *Æsculapium* in Deorum vul nera patiatur. Iacent ergo deorum ca davera, ubi fulgur hoc illos vel leviter perstrinxit; adeòque bidental est, ubi fa

De alijs Dijs.

naticis

naticis Numinibus fanum ftetit. Bene eft, FRANCISCE; vix Indiæ pedem, illis ftragem ultimam intulifti: quos ibi lares injêras, exeffe inde Lares Geniofque imperâfti, nullibi hofpes, ubi non effet Civis & incola Verior *DEVS*. Cohorruerant hæc in aris Indiæ portenta, ceu figna in eorum perniciem caneres, dum æs campanum in vicinia te jubente perfonuit, & ære vocalior tua Virtus; fed ære hoc pufionum manus armaveras, ne femper Tuâ, hoc eft, Magni Æneæ dexterâ cadere hoftiles copiæ cogerentur. Advolat certatim tinnula Tironum manus eò gravior Orco, quò levior, quòd in pumila ætate Gigantes animæ latuiffent. Vincis ergo vinci nefcie Gigas, cùm infontes Dijs aquilas opponis, & contra facrilegum fuperftitionis agmen catervam inftruis puerilem. Quippe impuriffimo deorum gregi fatale telum eft innocentia. nil opus immensâ Tyrii, nil tricorporis mole Geryonis, ubi contra titiones ejufmodi depugnatur: confcribendæ non funt triariæ Gigantum centuriæ, ubi armatura levior & imbellis pænè infantia Deos fternit. Puduit ab inermi, nec bullam, fed laureas agitante pueritia profligari: extimuit pumiliones

Pumiliones centuriat in DEOS Gigas.

minax Erebus, & infami fugâ elabi maluit, quàm cum innocenti legione non citra probrum confligere. Viderit jam Oriens, quem illi Gigantem in Xaverio fata obtulerint, qui vel tam imbelli agmine triumphet: Viderit, quæ illi à Dijs suppetiæ, quos tinnuli æris sonitus exanimat, quos puerile classicum exturbat metu ex aris præcipites! Aluit eiusdem frugis manipulos ferax Goæ seminarium, ex quo non infæcunda cælo messis & triumphales laureæ pullulârunt. Gigantum Patriam jurâsses, ubi tam valida imbellibus Dijs manus adolevit, unde velut ex equo Trojano tot in errorum ac superstitiosi cultûs interitum Ajaces prodiêre. Dicet Travancoris, dicent remoti Iaponum tractus, dicet Mosambicum & regio Mexicana, quantum hæ pueriles ætate non animo copiæ momenti attulerint in Indiam uni Numini asserendam. nam & prætexta puerilis palmare statuit trophæum, cùm certatim DEO militat & virtuti; nec uberior cælis contingit laurea, quàm cùm prima innocentiæ velitatio in Orcum destinatur. Sed nouæ iterum accedunt suppetiæ FRANCISCO à Tharsensi Gigante Paulo, quem sub cælos eductâ templi mole in terras evocat.

Seminarium Goanum.

Goanum Collegiũ

Pridem

Pridem & hic Dijs formidandus Gigas, qui ut ferreũ se argenteo Ephesinæ Deæ fano exhibuit, ita non mitiùs in reliquas deorum turmas detonat in æmulis tantæ Virtutis nepotibus. Frustra hunc *Lystri* Mercurium credidêre, qui non Deorum nuntius, sed parricida, nec alium nisi Ignotum sciverit DEVM. Ensem adhuc in errorum excidia gerit, hydræ illi pertimescendus, torque illius capita uni Vaticano Capiti affusurus. Quodsi Gigantéo more certandum contra *Deos*, colles etiam intorquet, quos illi Septicollis Roma suppeditat. nam hi Paulo cõmunes sunt cum Petro, & uterque ex illis aras istiusmodi oppugnat. Hunc igitur in subsidium adscíscit Xaverius, dum Goana suorum castra Pauli tutelæ cæliquе præsidijs prudens devovet. nam hîc sedem belli fixerat, novam inde Gigantum coloniam deducturus, quam latè per oram Piscariam non iam gemmis, sed ditior censu & cælesti gazâ opulentam, per Iapones Sinasque partiretur. Expavêre fana, quibus sic arma cæli socia Gigas in Orientem illapsus intentabat, minimè iam securis, nisi adscito à mortalibus armorum adminiculo, velut triariam manum pro Dijs obijcerent tria millia Bon-

Gigantis suppetiæ à Paulo.

 ziorum

Qualis in Bonzios, qualis in Deos Gigas?

ziorum. It intrepidus se duce, se Comite FRANCISCVS, cui mille animi in quodvis tale Nomen Numenque. quamvis felix belli alea, & securus laureæ conflictus vel contra plurimos, si unum habeas commilitonem DEUM. Spectâstis mæsti Flamines, dum quibus paulò antea cæca litavit temeritas, nunc ipsi ceu piacularibus addictæ flammis victimæ Dij caderent, quas in eos cælitus FRANCISCUS depluit, ut omnes extinguerent. Hos equidem, hos ignes pridem meruerant digniora focis quàm aris Numina, cùm tandem in feralem hanc sibi pyram impegissent. Arsêre tunc semel aræ, ut semper arderent victimis! nunquam illustrius spectavit holocaustum India, nunquam aris aptior cæsa victima, quàm dum Xaverius Deos etiam immolaret DEO! Etiam montes validô Gigantis lacerto in Deos tunc non temerè jactati, & lapidum procella pro Rhodopæis montibus effusa, lapides oppositi lapidibus, saxeis simulacris acies saxea, ex quibus solus superest cinis merũ venti ludibrium. Vidisses & aureas conflari statuas, ne auro niterent altaria, quod ad Ditis incudem & focum sacrilega procudit superstitio; sed ut ipsæ tandem fuma-

Clades Deorum.

rent aræ, quibus ſabæa meſſis & odorum plenior acerra fumum vix ſufficeret vectigalem. Sic Gigas Occidentis à fanorum ruderibus faſtigium gloriæ auſpicatur! ſic gentilitatis vecordiam correcturus cùm aras deſtruit, Deos delet! Nam ut tellus ſaperet, abſtulit, (ſi quæ inibi regnabat) Minervam: Palladium perdidit. & nova ſalubriùs arderet Troja: ut æternis gauderent homines, obruit (ſi quis inibi noſcebatur) Saturnum temporis Præſidem: Ne in Cratere Virtus dulci ſorberetur naufragio, fide Poëticæ victorem Indiæ Bacchum fulminavit, ut cui fulmen inſtruxit cunabula, fulmen etiam rogum ſuccenderet parentalem. Sola Cerealia placuêre ſacra, ut ante obſonia terrarum fames diſceret inhiare DEO Sacræ Cereris exuvijs cooperto. Et placuit cælis Theandrici Epuli, dapſiliſque Verbi veneratio, dum Flaminem Divinum cum vitali Ferculo in aëra ſuſtulêre; ne imis inſiſteret, qui pulchri facinoris argumento terras evaſerat. Et debuit ſanè ſidera calcare, non terram, qui ipſos etiam calcârat ſubreptitios Ioves.

At dum ſic infelices Dij, felices interim omnino Indi, quibus amentis cultûs exterminio, ſuperſtitionis interitu vi-

tam.

Gigas Indiæ Thomas.

tam parturit FRANCISCVS. Non infelices quidem Auroræ populos reliquerat primum Indici Orientis sidus Thomas, & cum abysso Nominis abyssum illis infuderat novæ lucis; immo tincto in latere DEI digito Indiam cælis inscripserat, proscripserat Deos; sed vetustior Gigas ille cum oblivione suî metum iam pænè Dijs excusserat. nam & malum violentiùs oppressum velut admisso in speciem tutelamque dolo tantisper intercidit, donec hiulca nonnihil cicatrix remedio moræ coalescat; & tum sensim virulentior lues invalescit, ac sopitas vires in tempore restaurat. At reperit novum hydra recrudescens Herculem, cujus thaumaturgâ virtute concideret: reperit Gigantem, cujus humeris securiùs, quàm Atlanti siderum moles, tota Indiæ felicitas incumberet non citra somnij fidem. tam vera illi dormienti cælum immisit & somnia! Nam somnianti vix primò cæperat (uti cælitum excitatior est somnus, quàm terrarum vigiliæ) quieti atrior spectri an hominis species intercessit, donec somnum insolens pondus excuteret, & vigilias imperaret somnij novitas. *Ergo* grandiores humeros ad Orientis onus initiat lacertosa virtus, detrectare pondus minimè

Gigas Indum succollat.

ausa

aufa, quod arcana Cervici vis imprimeret, atque ad vindicandam à Deorum tyrannide Indiam fortiùs perurgeret. Adeò non imbelle pectus ostenta hujusmodi excitabant, quod præter prægravem Orientis sarcinam, totam insuper contra Deos belli molem excipere potuisset. Quamvis ne soli sibi gloria constaret, deque Deorum cladibus una surgeret laurus, unus caneretur triumphus; Sociales Gigantum aquilas Xaverius evocavit; quo ipso copias præ Persicis magis immortales *Indiæ* providit. Hinc ille, quem ipsa regij Nominis commendat auctoritas, Gaspar Barzæus, qui etsi in Arabia, hoc est, odorum Patria, nunquam tamen egentior visus, quàm cùm thura Dijs essent adolenda: hinc ille sub etymo sui Nominis pulchram gerens antiphrasim Criminalis, cui vix quidquam illo læsæ majestatis crimine speciosius, quòd Iovem regium oppugnâsset: hinc ferax Gigantum India, ut ante fuerat feracissima *Deorum*. Et nonne in Giganteum Martem plerosque acueret tua speciosior triumphandi ratio, FRANCISCE, quâ tristem Dijs, exitum ubique celerrimo mentis impetu imperâsti. Quid enim? adiîsti Bungi regiam? mox cæli regiam

Nouæ Gigantis colonia.

Gigantia victoria.

giam effecisti, sub suave bellatoris jugū eunte flexanimâ Regis cervice, e regia cum Dijs cedente Bonzio, quòd nollet lymphaticus livor veritatis triumphum cominus intueri, quem tu meritò pompâ solemniore adornâsti. Nec alibi successu alio triumphatum. Gigantem te immensâ pænè virtutis mole veneratus & Æthiops, quem sociorum operâ cæli feceras candidatum, cùm vel Æthiopem ac Indum lauare usque ad candoris prodigium nôsses. Dedêre insuper victas manus tot Orientis Dynastæ, tecum etiam Deos oppugnare ausi; velut nihil basilicum magis ducerent, quàm probrosum Ditis jugum exuere, cælesti cervicem pronam submittere. At si quos tibi veritatique rebelles, si quos in DEVM fideique probrum pro Dijs prælia moliri cognovisses, ut in eos cælum etiam & fulminatrices copias armâsti quæ non tentâsti molimina ut cum Dijs ruerent, quos in aras malè sano ritu extulerant! Meminére Tolenses, præter tua verborum tonitrua, cæli etiam fulmina provocare ausi; ut non alijs, quàm cæli armis te bella gerere constaret. Meminêre Aceni, contra quos belli facem accenderas conscriptâ militum cohorte triumphis

immor-

immortuâ, eductis in aciem & armatis precibus, quibus cùm Dij succubuerint, quidni fex illa hominum funderetur? Illud verò quantum Gigantem arguit, quòd triumphali passu tot viarum spatia decurreris! Herculi Gades terminum præfixêre; tibi Orbis non sufficit tunc maximè Sententiam Democriti amplexuro, vbi pluribus mundis trophæa Crucis essent inferenda, & veritatis accendendus fulgor. Iam te longa iactaverat navigatio; sed adhuc tuæ siti non suffecére tot maria, quamvis ærumnarum Oceanum propinaret Oriens, ærumnæ Oceanum gaudiorum. Iam in India latè stragem errorum ediderас, iam in Iapone; adhuc immensitas Sinarum placuit, ibique per ampla terrarum spatia Deos persequi, quos etiam non satis murus ille Sinensis contra te munierat. Sed votis tantummodo huc eniti licuit, ac Deos eminus terrere, cum fata palmarem conatum præverterent, priusque tibi Cæleste quàm Sinense imperium pateret; argumento, difficiliorem sæpe ad homines esse aditum, quàm ad superos. Indoluit Magno Macedone Major animus, quòd in ejus Orbis conspectu decederet, quem nondum Cælo asseruerat. Et mirum erat,

In Sinenses Deos expeditio

nisi-

nisi tot desiderijs æstuans pectus febri corriperet, ut velut in rogo major Hercule Orientis Gigas exspiraret. Sed etiamné is exspirâsset, qui Deos propemodum mori, extinctos hominum manes vivere coëgit? Quid unquam se illi opposuit, quod non per prodigia virtus opprimeret? Deorum agmen obiecit barbaria? hos ad piaculares rogos & bustuarios cineres condemnavit. morborum legiones? illis nullus pari felicitate Æsculapius mederetur. mortis tyrannidem? & ipsam vivere coëgit mortem & crebram sepulchris indidit anastasim extinctorum. Sic ubique Gigas maximus triumphat, nisi quòd extremo tandem succumbat in agone. Æger proinde in littus deportatur, ut in arena supremam expediat luctam, cunctabundâ etiam morte, quæ satis agnoverat, quantum in mortem illi ac mortuos juris esset. Pepercit & exanimi tellus, cui viuo adhuc & spiranti morem gesserant elementa; quasi referre gratiam videretur. quòd contractam idolorum cultu labem ejus interventu ad lustricum fontem eluerit, ubi Dijs ac gentium erroribus naufragium fatale paraverat. Quin & calx viva iterum animare voluisset extinctum, nisi

Vis Gigantea & obitus.

quòd

quòd mallet vivere, ubi Solium proſtratus Iupiter arrogavit. Illo in Capitolio de victis fugatiſq; tot *Deorum* millibus ſpolia defixit Xaverius, in Cælos (quòd vetuſtis Gigantum auſibus haud conceſſum) non per montes, ſed per merita eluctatus. Adhuc tamen vel poſt fata ex brachio Roma colligit, quis quantuſque hic Gigas fuerit. neć enim levi brachio agendum fuerat, ut perdere Deos, & ex fanorum tholis præcipites divinitate poſſet exuere. Non deſinet vectigalis eſſe Cælo Romæque India, quamdiu dextra hæc Romæ in ſuppetiis, pro Indijs ſuppelatur; & pluribus in Orientem triumphale iter indicat, quibus illuſtres Gigantis Cantabrici conatus & Orientis ſpolia placuêre. Quare plauſibus adhuc vacaret Oratio, quos oppreſſa deorum religio extorquet; niſi, dum ſuo Roma, ſuo Cælum Capitolio triumphantem FRANCISCVM excipit, ſatis illi proviſum de plauſibus videretur. Dixi.

Brachiũ Gigantis Romæ.

III.

SACRVM TRIBVNAL

Romá Iudice, Actore ſeu accuſante.

cusante Honore, contra S. FRANCISCUM BORGIAM spreti honoris reum, recens Divis Cœlitibus adscriptum à Clemente X.

Reus contempti honoris Borgia.

TAndem contra tuam exaggeratæ interpretem Virtutis Modestiam Româ nuper arbitrâ decisum est; veterum Borgiarum, recens Divorum etiam Sidus FRANCISCE. Litem tibi vindex intendit Honor palmarîs injuriæ memor, quã illi proculcatis basilicæ sortis insignibus intulisti. Ægrè gemuit sub calce Ducis, pulcherrimo depressa fastu ambitio, quin ad sanctius Vaticanæ Themidis tribunal provocaret. Vnius ergo te modestiæ reum Romana excepit Curia; nisi quòd in foro illo Clemens tibi obtigit etiam Cõtroversiarum hujusmodi Iudex, qui tibi amicus usque ad Aras. Nempe talem Arbitrum, hoc Clementiæ asylum prænobilis Reus merebaris, etsi contrà quàm tua suopte ingenio poscat moderatio, nó tam Clementiæ quàm æquitatis stylo, certè Vaticanæ stylo Curiæ Clemens hic in te decernat. Nec à sentẽtiâ dimoveri poterit: Petra est mire hoc alioqui Nomen flecti indiversa nescium, aliterq; litem

Iudex Clemens X.

compo-

componere, quando se illi sontem exhibet tam solida virtus. In hunc impegêre scopulum, in hanc Rupem in Flumine Magno tuæ momenta Causæ: hinc nec molliùs in obstinatum honori pectus agitur, dum ad aras ceu victima destinaris, & ferre ampliora cogeris, quàm fugisti. Quippe acriter contra te acer in profugos Honor institit, totamque in suî vindicias Romam conspirare compulit, abrogaturus etiam, si liceat, tantisper Clementi X. Nomen, dum iustitia forum agit, ne sub Clementis anchora lenitatis spes vel effugij aspiraret. Novit etiam ludibrium expertus vindicare Honor, novitreos pulcherrimi ausûs plectere usitato auctoris fortunæ supplicio. Sæpe quidem tæniâ immeritũ innectit caput, aurato vellere immeritum pectus induit; sed in trabeatos è solio fortunæ transfugas totis irruit honorum copijs, toto vel post fata involat munerum apparatu. Unicus illi hostis sacri profaniq; ambitûs fuga; huic uni Cyro compedes designat argenteas, vt velut in nervum abeat tanta virtus. Nec usquam in irritum cessêre Honoris sese de abdicantibus vindicantis minæ: citiùs prægraves auro pedicas induêre, quas solerti virtutis inge-

De Flumine magno Clemens X.

Actor cõtra Reum Honor.

nio declinabant. Latere lynceum i-
litorem nequit dos insolens, quæ du-
tebras prensat, in solem incurrit.
non in purpura illustrem fugam er-
erunt modestiores animæ: raro f-
profugo fasces, hoc est, talium reorum
signia vitavêre. Sed in sua cũ FRAN-
SCO lite seu Processu, ut vocant,
ciario diutiùs hic legulejus laboravit,
illum itineribus à Gadibus & Gandia
secutus, dum ad forum pertraheret;
am per Alpium claustra penetravit,
ad Romæ Asylum transfugam reperit.
Rapere tamen inde haud licuit fonte,
ubi *Divorum* in Urbe Sacra limina
suêre: vel reo libertatis ibi tessera,
loci religio vim prohibet. quamvis Igna-
tius Sacris innexum vinculis tenuerit
jam redactum, quò ambitus per Rom-
nas proscriptus leges irrumpere nequ-
isset. At non satis hæc vincula reatum
persolvisse Honori visa, quæ Honori
æternùm injuria; ergo alias Reo compe-
des, aliud quod ab Honoris ingenio no-
sit alienum. Iudicij pænæq; genus mini-
tatur. Ad Romanam appellat Curiam,
in Sacrum pertrahit tribunal: Videri
(inquiebat ille) arbitra æquitatis Roma,
an sat decorum Reo degere impunè li-
ceat.

Citatur adRomanum forũ Reus. Hominis gratia.

ie. Equidem nec Filium Columbæ
mitem esse addecet, nec Clementis
omini fidem facere. Eluat in Flumine ,,
gno insignem noxam, nec emergat ,,
iter, quàm in summum gloriæ, quod ,,
uulei adinstar modestia semper exhor-
it. Olim quidem illi aculeum infixê-
Apes Barberinæ, & ceram Virginem
ignes in aris admovendos Borgiæ ob-
lerunt; sed mitiùs egit cum fonte mo- ,,
stia, Sacer ille Orbis Antistes, patuitq́;
supplicij processisse ab Urbano nusquā ,,
Nominis, cui plurimum Urbanitatis ,,
pressérat, oblito. Reum ille potiùs vel ,,
iter lentos, quia appictos capiti ignes
averat, cum mâjora supplicia urgeren- ,,
ir; verùm per fixas æquitatis leges reus ,,
auditi facinoris Sacer esto. Libet igi- ,,
ir post Urbani sententiam ad Romani
lementis Areopagum provocare. is si ,,
rbani acta Piscatoris obsignat Annulo, ,,
dhuc ampliore testium & forensis stre- ,,
itûs apparatu sanctius forum agat. Hu- ,,
is sanè si cujusquam Capitis arbitria se- ,,
ui lubet, ubi Honoris injuriam propul- ,,
bit. Ergo ad tribunal, FRANCISCE,
ter Cælites jam liber, in terris adhuc
ost fata reus sisteris, advocante Româ
ælo annuente. Honor Actoris partes
sustinet,

Titulum Beati dedit ei Vrbanus 8.

sustinet, modestia Advocati, Fama &
sti virtutum publici testem, Clemens
dicem agit. Mens quidem terrenæ
cis nævique impatiens te omni m
illustri suffragio absolvit; sed forum h
Virtutum est, nec animi probra, sed C
lo pensandas dotes ad æquiorem qu
Critolai lancem solerti scrutinio expl
rat. Neq; par tuæ causæ est Ludovi
Bertrandi, quem candido absolvit calc
lo, Divisq; unà tecum inserit transful
in vultum cultumq; ab animo cand
viam cæli lacteā illi nativo transcribe
etiam vestimenti colore: Impar & Ro
Periuanæ Causa, quam vernans nome
clatio Elysijs inscribit: Impar & Cajeta
impar Philippi Benitij Divorum Nom
num; nam hi non tantopere in fortun
munera injurij, forum lenius meruêre
Sed te læsus gravi repulsâ honor ut no
coarguit? Nemo sic in duræ fortis a
gustias excanduit, ut tu in nataliuma
læque fortunam exarsisti! Se ultro ti
ingesserat? nec vultu, nec animo digni
bare: reperit nempe mens humanis ce
sior, quid etiam in hoc fastigio concul
cet. cum diademata regimen terrarum
capiti impressit? pondus hoc excussisti
vix aspernabundi calcis contactu digna
eus

Simul cū eo Divo-rū catalogo in-scripti.

Multi-plex sa-cer reatq in Hono-rem.

tus, cui Principes caput submisêre: quippe aureum id pondus sæpius mentem opprimit, capitique circulum imprimit vitiosum, Paludatos obtulit fasces, Ducalem induxit tibi purpuram? exuisti; pretiosas & Phrygiâ depictas acu exuvias ad Phryges serò sapere assuetos amandans, aut lacero, quod Pictis palmatisque Romanorum togis virtus posthabet, permutans palliastro: scilicet sub dibapho vomica latet, & sub illa etiam tinctura vestium latet servitus pretiosa. Ceras maiorum peruetustis ardẽtes fulgoribus tibi objecit? ceu molle fluxumque decus abiicis, & sanctior Iconomachus fumosas Maiorum imagines terræ affligis, calce impetis: nam nec satis solidum decus est, quod diffluit, nec illustre, quod fuliginem fumumque patitur. Denique titulorum pompam, Regũ basilicas, plena satellitum atria proposuit? perinde ac infantum risisti crepũdia: nam & titulis plus oberrat umbræ, quàm lucis mentiantur, sono plenumque tumidi, quo crepant; & Basilicas edax in basi vetustas subruit, & satellitum globus adstruit infelicem, cui contra dolosa plurium molimina excubi-s sit opus. Verbo, ne quid inausum re-

 linque-

linqueres, in regiæ frontis insignia tibi appicta audaci pedum obtritu injurius, pæne hoc ipso coronariæ Maiestatis reus evasisti. En quod querimoniis honor Romanum implet forum! spreta namq; terrarum felicitas, noxa cœlestium Heroum est, qui delusæ mortalitatis iudicio gravissimè delinquunt, dum se fucatis fortunæ dolis subtrahunt; adeoque animi supra mortale culmen eminentia, tumor Honori; ipse Virtutis apex illusæ cæcitati crimen est. sic te non aliud facinus FRANCISCE, in Vrbis Curiam Cœlo etiam deduxit, quàm terrenæ lucis fastidium, & index raræ virtutis animus honorariis fascibus obliquus vel ab animo expuncta procul ambitio, ubi solidius animo insedit decus. Par ferme solis flagitium est, scintillantes astrorum lychnulos exortu primo extinguentis, nec diurno lumini minores cōponi faculas patientis. Nec cōvitia sunt, quæ in te Honor in Latij foro congerit; Testis est triumphalium noxarum Gandia, quam dum titulo *Ducis* evolutus à tui cultu emancipas, in honoris patrocinia despondisti: Testis Arragonia, quæ eodem agit calamo contra reum, quo Arragonii Alphonsi describit panegyres.

Testes contra reum.

sceptra

ſceptra hæc æquiore animo gerentis: Teſtis & Lombaia, cuius dum faſces tibi ſtudio virtutis abrogas, Romam in te concitat, vindicatura facinus ſibi & Gādiæ inauditum. Ahæc ipſa (quis credat?) contra te agit aras cœloſque merita demiſſio, quâ pleriſque anteire unicus, & culmen in abyſſo tanta obtinere ſtudioſius ambiîſti, tam obſtinatus, vt vel ſacram purpuram detrectares; tam tui moris ubique retinens, ut & inter religioſæ ſepta modeſtiæ tuum ſolenne fixiùs obſervares. In ſuas pertraxit partes Honor & inclytum Borgiarum ſanguinem, quaſi non citra noxam etſi cœlo beandam foret, nativam in ſe lucem vel premere vel extinguere, ſquallorem regiæ, domui novam indicere orbitatem: Traxit & Hiſpaniæ Regiam, quæ dum ſe ad Clementis proſternit ſolium, tuam cauſam inclinat: ruit hæc, dum Turres Hiſpanæ tam profundè corruunt: cadit, dū occidens ad ſupremi ſacrorum Antiſtitis pedes occidit procumbitque. Ita Honoris cauſam ſuo caſu ſublevat ſupplex Hiſpania, aureiſque ſui Tagi fluctibus in eo ſententiam deſcribi ſolicitè peroptat. Favet cælitus cauſæ & IGNATIVS, quem etiam par egregij facinoris inſolentia ad

Fautores Cauſæ Honoris.

Romanas devovit aras, nec plures hujusmodi reos habere pudet: Favet ipsi etiam toto suorum Procerum assensu Cœlum, quod ultro quæsitam beatioris census & luminum iacturam gratis abire non sinit. Quid verò ad hæc Vaticana curia? quid sacer Purpuratorum Quiritium senatus? quid ipse non impar primo, quãtumvis Decimus Clemens? grandiora hæc illi visa, quàm ut eludendi Honoris vota insita eius Nomini clemẽtia persuaderet. Vicit honor tot fultus præsidiis, & in Borgiam cum Vrbe totũ inclinavit Cœlum. Aderat præsto sentẽtiæ, quam non imparem tulit, sacer Divorum quaternio, quos inter verno iam tempore nec Rosa defuit, ne hibernas tantùm rosas celebraret Roma, quas illi olim Ægiptus in delicias transmiserat. Ergo quam causæ æquitas exegit, subi sententiam, FRANCISCE, nec aliam, nisi quam rarior in ea fortuna moderatio semper meruit. Hæc illi maxima pænarum est, erigi in sublime, quod respuit, eminere in arduo, quod refugit Nec iniquia supplicii ratio: videat lucem modestia, quæ umbrarum captat consortia: feral solem, quæ noctem ac æterna sui oblivia exambit, denique vaticana clavis a-

Quis Romanæ curiæ sensus

Processus iudiciarius.

tria Divorum illi referet, cui Regum atria viluêre. Nec aliud decernit Romani fori vocisque oraculum, illud in te, Borgia sacratiores ad valvas & in acie campi Floræ appenso sanciens decreto, quod virtutis arduæ foret præmium. Recito tibi orbique fide integrâ fixam in te ad Idus Apriles Anni vertentis sententiam Ducum tiaras qui sacrum profanare verticem non finis, Aras ex Romæ placito sustine, & cùm aurum coronarium tibi sic viluerit, sidera te coronent, atque Boreali Australique coronæ, Occidentis Principi addant occidentale: Quòd Regalis & Vaticanæ purpuræ nitor, hoc est, rubeum terrestris auroræ sidus mentem non afficit allicitque solem inter Divos indue, velut Phrygio siderũ textu coopertus: Pro abiectis purpuratæ stirpis curulibus, inter plerosque Cæli Optimates toto vertice ac solio Princeps emine, Majorumq; ceras tibi vel accensi in aris ignes accendant: Pro tot ditionibus tibi hæreditariâ gentis fortunâ vectigalibus, quibus te ultro exuis, toto iam cœlo fruere, & votiva mortalis dextræ anathemata, auro argentoque ad Aras pensili orbem tibi testentur tributarium: Quòd immensa famæ præconia

Sententia Romani Iudicis in Borgiam.

tibi vetueris, per ora omnium latè circumvola: nam meretur celebritatē Nominis, quisquis ei lucem inter juratas modestiæ umbras ademit: sed etiam hæ nubes solem detegant. Adhæc pro Gandia vel Catalaunia, tuis orbem encomiis ac veneratione imple: quòd tecta magnifica nec unius Dædali opus palmarum posthabes tuguriolo (ut nempe vel palatium plerisque carcer est, postquam Divorum cælique Regiam eminus etiam conspexêre) votivæ tibi ubique excitentur aræ, fument delubra, Apellis penicillus solem in vultū caputque tibi transferat, ignibus tibi fana colluceant, quos ultor succendat æternum honor. sic sic luat, quisquis par attentat facinus! hæc te pæna semper habeat, sic honor de te perpetuò sese vindicet. solem & apricum sustine, qui latebram tot fulgoribus obtendisti. Peractum iam judicium, lata sententia, divulgatum in Borgiam Romani Iudicis edictum: sic in Urbe, sic in cælis etiam conclusum est. Adeò latius imperat, quisquis Maiestatem contraxit: late famam provehit, qui de se quondam famæ silentiū indixit. ubique, ac inter nubes etiam emicat heroicæ fulgur gloriæ nec sine frequentiori honorum satellitio

Clausula forensis.

incedit

incedit hostile honoris odium. sed iam taceo, quia FRANCISCVM sacræ non tacent aræ: taceo, ne vel Honoris de Borgiæ modestia triumphantis plausibus, vel post peractam Diui Apotheosim canoræ cæli obstrepam harmoniæ. Dixi.

Huc spectat Enthusiasmus similem materiam metro comprehensus:

Idem argumentũ Poëticè.

FRANCISCO micuêre sacris vix ignibus aræ,
Luxq; comam gyrata perussit;
Forte sub Exquilii subiens iuga Romula clivi
Torvus Honor sic increpat: Eia
Insultare libet, sacrisque intendere sannis: »
Nec nobis agit otia nervus. »
Meta volaturis esto Dux Borgia telis, »
Menè impunè repulsa lacessat? »
Meq; meũq; iubar torvo deluserit ausu? »
Pulsa gemat trabeata potestas? »
Sub calcem tibi sceptra fluant roseamve Quirinæ »
Pota Tyrum sacra tænia vittæ? »
Sub Dominos ivere pedes, calcemque iubentur »
Regna pati viduiquè tiaræ? »
Planta terat Porijs ardens adamantibus aurum, & »
Oebalio grave murice vellus? »

Id Romana Themis sed mulctat, & Al-
bula vindex,
" Iam facinus luit ardua virtus,
" Haud juvat accensas Hermo repulisse co-
" rollas;
" Non auro, sed sole micabis
" Linquis Achæmenio pudefactum fulgur
" ab ostro?
" Post texent tibi sidera pallam.
" Lunato prohibes ne se tibi poplite Bat-
" Arcuet? hinc te & Tybris adorat,
" Patritiæ tibi ludus erant risusque curules
" Stelligero super axe renides.
" Sic bene protritos generoso calce tiaras
" Pulchra levis vel damna sereni (ausi
" Prosequitur dotalis honos. It grandibus
" Fama comes vindexque serenum.

IV.

ORIENS IN OCCASV, seu Panegyricus S. FRANCISCO BORGIÆ à sul honorumq; contemptu illustrissimi Ducis.

Ortus in Hispano Occidēte. NOvum Gandiæ, novum Occidenti Paradoxum invehit dies hic tempo-rum thaumaturgus, Auditores. Ortum in occidentem transtulit, adeoquè pro-pe Hercu-

pe Herculis Gades exortum solis hodiernus aspexit dies. Ad insolentiam spectaculi expauisset suo felix Occidente Hispania, nisi novam Cæli hujus motricem Intelligentiam novo sibi natam prodigio advertisset. Rapuit certatim oculos illustris Scenæ novitas, quos ne Oriens extra auroræ incunabula situs vindice feriret radio, pluviâ ridentium pænè lacrymarum nube ceu scuto Gandia repressit. Prodigium id Virtutis est, nec alius nisi è Cælite Virtutum Choro ibi extitit Motor, qui novas ortui, novas occasui leges indixit. Solam Virtutis ingenium novit ortũ gloriæ auspicari, ubi sub modestiæ obtentũ quemdam illi attulit occasum. Atque id portenti prima Duce Francisco vidit Cantabria: primus hic Cæli Patrij molem aliter suis versare humeris incepit Atlas. Non rudis planê is siderum motor, non rudis Intelligentia, cui tam expeditum fuerat Auroram inter Occasûs noctisq; viciniam accendere, ac dare Phosphorum, ubi nativus Hespero locus esset. Occasui nempe tacito quodam lucis umbrarumq; fœdere nox propior, quàm matutina serenitas; & facilior oriendi felicitas, vbi exortui locum vel natura defixit, vel emergentes insignîs fortunæ radij descripsêre; vt

Eius Author.

Eiusdem prodigij raritas.

hinc mirari desinam illa Orientis lumina (quæ sola ferme adorat tellus) ad sudum gloriæ, ad ipsum fortunæ meridiem pertigisse. Quæ quidem totam incurrunt in palpebram, nisi quòd obviâ tantæ lucis copiâ, & quâdam propagandæ illius necessitate viluêre, quo solo infra prodigij metas abiêrunt. Illud inter decantata Orbîs Miracula justiùs reponas, si casus ipse ac præceps te gloriosiùs erigat, si ubi Cimmerium sit, apricum inferas aut meridiem accendas; si in Umbræ noctisq; confinio diem pulchriùs ordiare. Artem hanc rudibus occultam sæculis, tandem nati ad celsiora ingenijs evulgâsti, Dux Occidentis FRANCISCE: docuisti vel ipsi insiti fulgoris diminutione crescere, intra quæsitas ultro, nativisque obtensas radijs umbras radiare constantiùs, ortum terrenæ lucis occasui pulchrâ quâdam affinitate sociare. Tum vel maximè tu Orientem Hispaniæ invexisti, tunc ipse quandam serenitatis attigisti augem, cùm penè ad occasum tui Nominis ultro pessum ires. Nimirum illustris hæc Umbra est, nec occasum huiusmodi comes nox excipit: oritur, quisquis sic occidit, & sole adhuc felicior, umbras nec in eclipsi timet, ubi noctem illi velut Occidentis pedisse-

Explicatio prodigij & Ratio 1ma.

quam

quam timeas, manè illuſtriùs exorditur, auroram transferens, ubi ſe vltro præcipitat in occaſum. Veritatem dicto fidemq; abrogas? Illuſtres tenebras intuere, quas etſi Gandiæ lumen FRANCISCVS auguſtioris fortunæ radijs obtenderit, adhuc cuivis Zodiaco moturus invidiam, puriore intermicat ſereno. Neque tamen ille ab Occaſu ſic illuxerat, ut non etiam in primo vitæ ac gentilitiæ lucis crepuſculo. Et vitæ meridiem & auroram illi Ducum inſignia diſtinxêre, in quæ primo terrarum aditu hæres incurrit. ſed qui domeſtico ſole tantùm inclaruerat, adhuc ſatellitem tantæ ſerenitatis umbram in eo deprehendit. Ceræ illi molle nec ſolidum decus; inſignia, ſcenicus aulæ ac oculorum apparatus: plena comitum atria, ſcopulus opum, arrogantiæ auguſtal. Placuit ergo ſpontè ſcintillantem fortunam premere, quæ vltro deficit; extinguere, quæ excæcat: placuit poſt tantos etiam Majores intra Minimorum ſe claſſem redigere, Ducis titulo ultra Majorum facinora inſolens Peccatoris ſubrogare cognomentum. Sed quantus ab hoc etiam gloriæ natalis diuortio, vel interitu FRANCISCVS? quam illi non accendunt facem ſic extinctæ Majorum ceræ? Equidem vetu-

ſtas avorum imagines iam illi reponunt aræ, & circumfuſæ beato vertici flammæ non tam Apellis carbone primò, mox ardenti penicillo, quàm Virtutis radio excitatæ. Cave iam tibi, congeſta nominum

2. ratio. titulorumq; Pompa; idem te, quæ natalitium ſolem manet apud Borgiam occaſus; & illum non ab vno jam occaſu multiplex non intercepto nubibus Soli concolor ubique Oriens. Clauas ei Ducum ne ingere; ſanctior tantum Herculem clava manet: nec purpuram illi oſtenta; non habet ille, quod ſub purpuræ nativo pudore ampliùs erubeſcat. Pudor Principū ſæpius hic color eſt, qui pro illorum vita rubet in trabea ægrè ſuum colorem retinente. Quid verò illi Ducum tiaras vel gemmis aſperum oggeras diadema, cui beatius nectit ſertum æternitas de terræ ambitu triumphanti? Aliò nempe ſpectabat lynceus Celſiorque terris animus, cui lucem propagare libuit per ipſa lucis deliquia nil ſublime reputanti, quod lapſui pateret ac ruinæ; nil præclariùs, quàm fulgoribus, qui nôſſent occaſum, ſibi maturè interdicere. Ergo ille Ducali Clauæ calamum ſufficere, ſoli domeſtico noctem ſtrato cultu offundere, frequentiam immutare ſolitudine, umbras nativis quæſi-

tiſq;

tisq; sideribus, meridiem emersuræ altiùs virtuti studiosiùs moliri planè ad solis ingenium; qui nisi subterraneum lustrare Orbem desinat, hunc minimè illustrat, ut ipso noctis commercio novum sibi, novum terris Orientem reparet ac reducat. I, cresce Principum sidus, & ab hujusmodi umbris ad sudum perennitatis provehere! Occidisti Catalauniæ, ut novum Cælis etiam lumen orireris, ne solum Cygni Cælestîs vel Cassiopéæ sidus noviter oborto lumine augeretur. Quisquis Soli giganteos passus tribuit, nec tibi negaverit, cui vastiorem Orbîs ambitum transcēdisse unicus omnino passus gradusque fuerit. Scio rarum in Solio Carolomani facinus per calcatos regiæ gradus ad raræ virtutis fastigium ipsius modestiæ ductu enitentis; sed effætum hoc sæculum sterilius tantæ Virtutis gignit æmulos, obscurius futurum, nisi te in lucem aut veriùs in umbras hujusmodi, quas sudo etiam diei præhabes, effudisset. An verò umbrarum tibi amorem, vel caducæ lucis horrorem non inderet emortalis Isabellæ Umbra & extincta vultûs augusti Majestas? an serenum quid oculis, serenum animo blandiretur, cùm illum Europæ solem extingui cerneres, & novum ac terrenis

fatalem

fatalem ſideribus ſubire Occidentem? Sed
3tia. tamen totam luminum gazam huic velut
Occidentali Oceano immerge, hinc pul-
chriùs emerges, & Poëtarum commentis
fidem facies, qui Solem in mare præcipi-
tatum è mari emergere, & poſt illud ve-
ſpertinum luminis præceps properare in
ortum credidêre. Verum neq; extinctus
4ta. honor novo te radio non afflavit, dum
illuſtrem transfugam inſecutus, in ipſo
tui Occidentis loco, quem Romæ inveni-
ras, in Urbem illam Urbium regnatricem
tibi Orientem invexit. Gandiæ faſcibus
evolutus, Orbîs vtriuſq; faſces in IGNATII
conſortio prehendis, latiuſque imperas,
poſtquam Gandiæ imperare deſiîſti, nec
Solum Occidentem imperio fulcis, dum
& Oriens tibi paret. Verbo, Ducis titu-
lum, non officium exuiſti, hoc ipſo ſingu-
laris Dux Sociorum, quòd Generalis à ſe-
5ta. cundo proximus, id eſt, feliciſſimis pro-
pior & Maximis. Sed ad ultimum tandē,
ad quem in terris vergit mortalitas, oc-
caſum properat ſerenior ab occaſu Bor-
gias; tandem illum extrema inumbrat
veſpera ſub vitæ Heſperum. Sic etiam ab
aſtris occumbentibus & illuſtri anima tri-
butum exigit Mors avara, ceu moriturus
eſſet, quiſquis & oriturus. Nec aliud ex-
egit,

egit, quàm occaſum, ignara illi ultimum Occidentem horroris nihil parere, qui terreni nitoris ſtudium animo expunxiſſet. Occidit demum. ſed lucere immortaliùs cœpit, & in aſtris perenniter effulgens & in aris; vnuſq; docuit, in hujuſmodi etiam occaſu certiorem quàm in ipſis auroræ cõfinijs ortum eſſe. Dixi.

De eodẽ argumẽto ode.

Hoc idem argumentũ metro comprehenſum accipe :

Quæ trans Iberi pronior oſtia
Repandit æther ? quæ *Tagus* aurifer
Portenta, perculſæque jugi
Prodigio ſtupuêre Gades ?
Credetné fulvum lutea Phoſphorum
Eos ab Indo gurgite flammeos
Ortus redordiri, & remotas
Heſperiæ petiîſſe ſedes ?
Credet, quod illic lora nitentibus
Aptet quadrigis & revehat diem,
Ubi fatigatos perufti
Sol recreat Pyroéntis artus ?
Sed crede Memnon, credat & igneo
Tithonus oſtro decolor, aureum
Aſſuetus anteire nuper
Purpureis Phàëtonta bigis.
Dum Vaticanæ flamina purpuræ, &
Domi bis Afro murice roridum
Vellus, paludatoſque faſces
Mygdo-

Mygdoniæ quibus vnda gazæ
Limum corufco vortice devehit,
Crinale tandē fulgur, *Hydaſpei*
Quod ſuevit obryzo fluenti
Emeritos redimire crines
Solem peroſus Borgia deſpicit,
Molitur ortus occiduum jubar,
Cū indus accenſura Virtus
Non ſolitos reparauit ortus.
Sic eſt, Quirites; clariùs emicat
Quiſquis caducis ſponte nitoribus
Exutus, occaſu beatus
Exoritur ſine nube Titan.

V.
CORONA PEDVM
ſeu Panegyricus
S. FRANCISCO BORGIÆ
Coronas & Ducum inſignia
conculcanti.

Autūnus Coronarū ferax.

ETiam hæc conſecrati nuper triumphi regalibus Autumni gloria, quòd aureas Regum Ducumq; effrondeat in Coronas, Auditores. Coronavit nuper ad ſolium per ipſa evadentem prodigia *Lechici* Septemtrionis Principem, hodie *Cantabrici* Occidentis; nec adhuc Coronæ illi

non

non suppetunt, si præstò sint merita, quæ coronet. Si aureo regni pomo regiam implet manum, nec aurea Sacro vertici profert parciùs ornamenta. In hos Autumnum fructus maturescere decuit, si bellaria Virtuti emeritæ audebat apponere. Nulla pulchrior vindemia, quàm dum inter pensiles botros aurea decerpuntur poma vel coronæ. Bene est, Autumne; vernæ amænitati gloriam præcerpsisti prætisque pubescentibus pulchriùs tu vires in smaragdis, auro Principum blandiùs expallescis, quàm picta veris infantia inter pallentes violas hortensis gloriæ fuco intumescat. Regnum tibi cæteræ anni partes deferant, cui tantum superest coronarum; ut ijs etiam pedes BORGIÆ corones, quas augusto Regum vertici hucusq; ingessisti. Nec enim aliud à Gandij Ducis virtute poteras extorquere, quàm vt ejus pedum vestigia coronario insignires auro. Profanum id, etsi aureum decus est: sacro inferri Capiti vt coronæ non inglorium, sic modestiæ probrum foret: divinior illa est, quàm ut ad terrena hæc ludicra vel obiter intendat; robustior, quàm vt aureum hoc terrarum pondus eam deprimat. Cælum hic Atlas, non terræ glebam ferat: caput eadem non atten-

Corona pedum.

Merito sic deprimitur corona.

tet;

tet; nam non hæc opima ſpolia huic Capitolio inferuntur. Quid caput illud coronæ ambiant, cui pro cydari Cælum eſt? Si Divis geſtiant decus addere, ad eorum pedes defluant; non indecorum illis fuerit, Divorum paſſibus circumfundi, & calcantis plantæ veſtigio conſecrari; adhuc dum illos ex alto ſic virtus deſpicit, totam ejus incurrunt in palpebram. Calcentur; ſic vel aurum meliùs expalleſcet, vel impreſſo illuſtris plantæ indicio auguſtiùs radiabit. nam meretur vel tellus oſcula talibus ſignata veſtigijs, & ſacro tranſeuntium Cælitum contactu major terris reverentia imprimitur. Atque hoc vnum tiaris decerat & coronis, ut in pedum etiam cederent induvias & coronamentum. Nec ulla eſt aureæ lucis diminutio, dum eò ſuos fulgores deprimunt, & ornatiore cothurno Virtutem altiùs attollunt; perinde adhuc ſub pedibus ſplendent coronæ, ac ibidem aurum nativam ſerenitatem non exuit. At neque Principes iniquiùs ferant ſic regalem ex auro tæniam peſſum premi, cui verticem ſubmisêre; quædam auro violentia eſt ſic in altum erigi, quod cognatum terræ pondus in imum deprimit: Meliùs pedum fulciet veſtigia, ubi propior fiat terræ, cujus gremium illi Patria eſt.

Immerito ſupra Caput attollitur.

Quid

Quid mirum si regna corruant, ô Principes? præceps est ex alto ruina: coronæ tutior à lapsu locus, dum imum occupat. Quare effluat è Cæsarum fastis Caligulæ nomen, qui primus sibi Caput aureo illigavit nodo, & intemperijs actus malè sano vertici hanç auri bracteam circumduxit Tantali saxo vel Enceladi Ætnâ merito opprimendus, qui Principes auro sic oppressit, dum imprimeret illud sibi. Bene laurus calvitiem texit Cæsaris, cùm laurum permutare in aurum placuit, quasi non pulchriùs præ isto

- - laurea *frondescat virga metallo*,

vel quasi radianti glebæ deceat juris aliquid in Principis caput concedere, qui dū se coronæ subijcit, eminere supra Principem, aurum sinit. Hoc verò vos jugum, Principes, patiamini? Sic ad pondus hoc velut capite damnati, pretioso licet Oneri succumbatis? Quin potiùs id Majestas excutit, & infra vos, uti omnia in regno abijcit? Gangem si domuistis, vestris sub pedibus vinctus gemat: ferant id præmij passus triumphales, quibus hosticum peragrâstis: splendidum vobis pandetur iter dum licuerit incedere per coronas. Nusquam illustrior patet semita, quàm ubi aurum Capitis in regalem Appiam demigravit.

gravit. hæc planè via Regia est, nec ad ... ctam Heroum, viam aspirârit, cui au... sese pandit. Equos aureis quondam sol... Româ in spectaculi novitatem pariter ... stuporem effusâ ornauimus; sed si auru... equis substernitur, Principes id non ca... cent? id illis corufcet in capite, quod ... equorum ungulas damnavimus? Ergo pedibus iam coronandis deserviant Coronæ; cælitus ita imperat Gandiæ Princeps Proregis ac ipsius edicto Modestiæ parendum est. Audere poterant, & inverti... eniti, nisi in FRANCISCI verticem incidi... sent. Nomen id fatale ambitioni est, pri... demq; aurum odit. scilicet tanti sit FRANCISCO vel cassis aurea, ut hâc Heroam mentem opprimat; vel tota etiam dotalis ... purpuram Tyrus, ut sub obtentu trabeat... cultûs securiùs lateant regnentq; vitia. Splendor hic, terræ fascinus est, quo verè brevia, quæ tamen plures sorbuêre onerarias, teguntur. Ita fragile decus dolumque fortunæ impostor sæculi fucus in speciem pulchro colorat insignium apparatu, quò blandiùs illudat; ut Ulysses opus sit, ne cui sirenula hæc imponat. Aurũ hoc honorarium non tam serenat, quod non caduci sideris est; quàm fulgurat, quod evanidæ, nec alia fulgetrum hoc excipit, quàm

Eo coronas deprimit Borgia. Ratio 1.

2da.

àm decumana pænè animi tempestas.
d pedes proinde præceps abeat, quod ita
entem, ita capita innectit, & innocens
etalli fulgur damnat in latentis doli la-
bram, & pulcherrimam imposturæ tute-
m. quasi insuper in dedecus id non ver- 3tia.
at, si auro tantùm Cæsaries fulgeat, nec
liunde lucem hauriat spargatué in com-
une, quàm radiantis beneficio metalli,
uo & equorum phaleræ, & mulorum e-
hippia, imò & asellorum clitellæ enite-
unt. Pulchriùs mens terris altior coro- 4ta.
at, & animus Orbe major. Quamvis &
urei tiaræ spectatores etiam Cæli oculos
d se rapiunt, dum pedibus in fastûs ludi-
rium affunduntur. Nobilis hæc scena est,
t triumphis Cæli prævia, dum eminen-
em super humana mentem tam supplicẽ
tu pronum adorat aurum. Is mihi he-
os qui triumphali passu processerit, quid-
uid sæculorum adminiculo de basilico
emper vertice pæanem cecinit Sit hoc
ane rarius, sed geminum est Carolo V.
acinus per imperiales exuvias ad cacu-
men gloriæ contendentis; eò quòd in-
egnatrice fortuna nil lucis viderit, quæ
non speciosiùs premeretur, geminatura
uperstes post funera decus, si spernatur.
lacuit hæc virtutis prodigia instaurare,

novum-

novumq; imperijs dare Carolum sibi cidentis sceptra insolenti suffragio al gantis. Dedit hunc FRANCISCVS, etsi rolo tunc minor, si gesti ab utroque neris amplitudinem spectes; major, si tempti. Majestatem facinoris ipsa lorum paucitas persuadet, quos FRAN SCVM subsecuta effudit ætas. Ducum gnorumq; fortunâ se ultro eximere duobus contigit post FRANCISCVM, Carolum ampliùs vidit Occidens, ni nuper abdicantem vidit SeptemtrioC mirum. Si quæ tamen aliquos æmu Virtutis adussit gloria, tota in Borgi refunditur, qui cùm virtutis tẽporum serie antecurrat, & auctor virtutis cre tur & idéa. Certè IGNATII sequaci non antè insolentis exempli fulgor off sit, donec Occidens eas virtuti faces cenderet. Frustra Lombaja herile M chionis, Gandia hæreditarium Ducis, talaunia vicarium Regis ostentas dec non ille fusis è flaventi metallo ind corollis, cui nobilius ornamentum C stis condit laureola. In pedum indu illæ cesŝêre, pedum obtritu trabeata pis insignia plectuntur, ubi ad hero mentis atria aditum tentavêre. Ge ergo sub pedibus Ducis beati prostra

Orbi

Orbis, meritòq; ſuum retinet nomen Occidens, dum ſic occidit. fidem facit Nomini tot luminum occaſus, quæ in Auguſtæ urna ſepelijt FRANCISCVS hoc ipſo palmarius Occidentis Victor, quòd illius in ſe nitorem extinxerit. Occidit tunc in ſtadio fortunæ fuci patiens ſerenitas, ſecurior, niſi in ſepulchrales impegiſſet umbras, ubi omnem amiſit illecebram, quâ mortali oculo illudit, cùm ſentinam tegit purpurâ & coronat. Quocirca exhorruit FRANCISCVS, ubi adorato Capiti ſuperſtes, imò cineri purulento innatans corona emicuit, aurique ſqualori ſubigatus eum ab animo, â ſacro vertice removit fecitque Virtuti ſuppedaneum; Sic, ſic, inquit, pridem mihi mulctandus fuerat umbraticus terrarum nitor: jaceat nunc, per quem ſic eluſa Virtus, ſic Orbis illuſus jacet. Nil mihi poſthac culmen obtinet, quidquid tellus in celſum provehit; nil non calcem meruit, quod infra Cælum ac Virtutem adorat. Quæ verò hæc veſania, ſic calvam, ſic cretatam faciem pretioſis terræ ſpolijs operire, Patrocli ergaſtulo purpuram, quam hujus dedecoris pudet, inducere, inaurare cænum, Cinerem Orientis exuvijs honeſtare? Squalleat tandem in humili tumidũ adaman-

ſias.

Oratio Franciſcî

adamantibus metallum; vel si coron
ambiat, pedum vestigia coronet, à q
„ bus etiam hæc inter officia obteratur
„ terræ affixum hæreat, quod cæli vicin
„ per caput attentavit. Celsior sum, q
ut me limo huic etsi non citra illicii
„ splendenti subijciam: Ducum sang
„ Nominique inuri notam patior, nisi
„ hâc servitute, quæ caput Principis au
subdit massæ, tandem eximam. Exon
„ caput ratio, Ducis pedibus, ne suus d
„ honor, hoc eos attollere placet cothu
„ quod si tiaræ capiti quæruntur, pulch
fuerit cælo quàm auro tegi. Sit hoc si
„ pretiosum pondus, sed pretium illi
„ lus facit ac voluntas, quæ si annuat, pl
bo vel pumice deteriùs evilescet. B
licum id, FRANCISCE; is per Corona
solium Virtutis, dum calcanei subdis
d brio, quidquid reliquis evasit supra
put; dum apud te pedum spolia sunt
tutisque pavimentum, quæ alibi summ
verticem invasere. Vix unquam Prin
pum vestigia par excepit honos, quia
etiam populorum studijs eguêre, vt
aureo fluctu Tagus hic perfunderet,
cujus alveum tu citra populi arbitria
cedis, vadumque experiris, ubi alij co
imò fronte ipsâ tenus immersi pænè suf
cantur.

Via regia ad gloriam.

cantur. Sic incedat, quisquis Cæli Solio auctoratur? Non impedit triumphales gressus asperior auri gleba vel lapidum in coronæ toris micantium acervus; illustris hic trames est, qui non iam silices, sed ipsos itineri beato insternit adamantes, & quidquid siderum, tiaris Principum hæret. nempe refugit planum, nec meta illa beatior molliore stadio attingitur: calcandum, si quid eminet, superandus collium tumor; quamvis & molliat viarum aspera abiecta in terram purpura, & enascentes inter hæc senticeta rosæ. Hanc tu premere viam docuisti Orbem FRANCISCE, dum primus coronas pedibus substravisti. Pallet ad tuos obtutus aurum, nec aliorum amores pensi habet, dum apud te incurrit odia, satisque illi est à Borgia reprobari, Nimirũ te splendor hic non ludit erraticus, imò ubi pupilla in hunc pompæ fugientis solem intorquenda est, pænè oculorum usum amisisti, Argus alibi, hic *Tiresias*. Radius hujusmodi Phariæ ad instar umbræ tibi videtur, & Cimmerium credis, si hæc terrarum cimelia splenduêre. Porro in corona solũ agnoscis pondus, quod Virtutem sæpe opprimat; in Sceptro insuper robur, quo vitiorum sceptra & ani- *Corõaria Vanitas.*

H mirui-

mi ruinæ fulciantur. In purpura odiſſ
dibaphum, quod veteri proverbio ſtru
mas, hoc eſt, ſcelerum tegit colluviem
adeoque inter auri radios & fucum pur
puræ tanta fæditas reconditur. Quid
ergo his ornari abnuas, imò quid conti
minari caput patiare his ſentinæ ſipariis?
Splendeant aliis, tibi putent; noctem ti
bi exhibet, quod lippientibus oculis ſo
lem ementitur. Non hæc oculorum lu
dibria timuit in te Virtus lyncea, ut reſ
ctam in circulum auri maſſam à veris no
dignoſceres ornamentis, & quid capiti
merito, quid pedibus deberetur. Inſiſte
re hos coronæ jubes, caput coronare per
mittis ſidera, cùm jam poſt ſic coronatos
à Virtute pedes nihil terris ſuppetat, quo
ſuum verticem coronent. Cælum tamen
id vel maximè in te coronat, quòd cùm
terrenum capitis fulgur ad pedum calc
deijcis, terrenis ſublimior humanæque
gloriæ faſtigio longè ſuperior evaſiſti.
Dixi.

VI.

PHOENIX OCCIDENTIS
S. FRANCISCVS BORGIA
panegyricè deſcriptus.

Phœni-

PHænicem aliàs dedit Oriens, novum Europæus Occidens aris intulit, Auditores. Hoc deerat Occidenti, ut his etiam Naturæ imò Gratiæ prodigijs dotaretur. Invidere prima Solis cunabula Orienti non potuit suo sub vesperum beatus; Phænice tamen solis alite beari æquè ambijt, ne Sole sub noctis confinium amisso exutus omni spectaculo videretur. Nec Hispaniæ id felicitatis negari potuit, cui pridē paret Oriēs, suasq; illi cōsignat opes cōsignat novæ fæcunditatis priviligiū, cū edocuit Phænici regum instruere, alienū ab Hispana felicitate ratus, extra Patrium Occidentem è remoto semper Oriente *Phænices* petere. Hinc ne Arabia sola tam nobili parturientis naturæ miraculo intumescat, jam & Gandia paribus Phænicum miraculis thaumaturgum instruit Occidentem. Aquilam paulò ante is ediderat in IGNATIO, sub quo novas in scelerum ac errorum exitium conscripsit aquilas, quas Romanorum aquilis permiscuit. Nempe ita viris, ita viribus adhuc abundat Hispania, vt uel Romæ arma & suppetias submittat, nec JACOBûs vetus Hispaniæ Tutelaris olim assuetus Petri contubernio adhuc eum inermem esse velit, quin illi grandior è

Hispania novos Phænices parit.

Antea dedit Aquilas.

Lojolarum nido aquila in oppugnaturo Romam ac Cælum gigantes fulmina subministret. Neq; nativus hic alitis Hispanæ nidus adeò sterilis est, ut non plures effundat aquilas; dedit & Xaverium, cujus indolem sub Zona torrida ad solem exploravit. Cygnum quidem ille forsan meliùs adumbrâvit, cui vita pænè navigando effluxit; Cygnum, à quo India candorem duxerit, cujus cum tot milli lustrico fonte tingeret, docuit vel Æthiopem lavari posse; Aquilæ tamen plu præsetulit, quando & in Oriente non uno fuerat opus fulmine in tot *Deorum* simulacra, & Hispania credi poterat hujusmodi fulminum officina, ut quæ sub Filio tonitrui ad fabricanda in superstitionis caput fulmina profecisset. Post Aquilas tandem ferax tot decorum Hispania Phænicem edidit, dum Borgiam, an enim post basilicum regum regnorumq; insigne Aquilam humile quidquam gigneret, vel quod solem aut famæ publicum ferre nequeat? Nil illa non Orienti amicum educat, quam nativa tot mentium serenitas ad Solis viciniam & ipsi non interituræ lucis confinia perurget. Illud nescio cui fato, certè domesticæ Oratorisque tenuitati adscribam, Phæni

Phænix Borgias.

Gandiæ

Gandiæ FRANCISCE, quòd in hoc aquilarum regno humi reptabunda tibi contingat Oratio, adeòq; frigeat in Septemtrione vel ad igniti Phœnicis præconium desudans eloquentia; nisi quòd suppleas de tuo, quidquid umbraticæ dictioni deest, nec coloribus sit opus Oratorijs, ubi præstò sunt tui, quos tibi vivax naturæ gratiæque indidit penicillus. Nec laudibus tuis subirasci poteris, quas non rudi Virtutum contextu inter quæsitas geminæ luci tenebras extorsisti. Sat umbris in vita datum, vel post fata lucem sustine. Phœnix ergo tu mihi Principum, Phœnix Occidẽtis FRANCISCE, nec mihi solùm, sed & Orbi. Haud ille mihi palinodiam indicet, nec ipse dictum id velut insolens retractabo, quando & Roma insolens Virtutis specimen obstupescit. Vultures primò illa noverat postea sub Columbæ Filio mansuefacta; Sed jam novit & Aquilas, novit & Phœnices, quorum in te proponit indolem, dum sacros in aris cælitum ignes excitari, ac indices busti vitalis & flammeæ mentis radios tibi circumfundi Vaticanæ vocis imperat Oraculum. Sic amicum cælestibus flammis Phœnicis nomen Urbanus extulit, post quem non inurbanior adhuc

Arg. 1mũ Phœnicis ignes sacri.

Roma Clementis Decimi Oraculo nov[illegible]
tibi apotheosim non ritu veterum p[illegible]
aquilam è rogo mortuali emissam, sed ce[illegible]
Phænici instruit, cujus hoc ipso luculen-
tius in te reluxit ingenium, quod te
Isabellæ cineres conspexisset. Sic ergo ti-
bi Roma Orbísque Antistes phænicis no-
men adstruit, adstruit & antiquitas. So-
lis avem hæc Phænicem credidit, velu[t]
solem adhuc gignere haud puderet, po[st]
quam Phàëtontem in orbîs exitium in
fabulis edidisset. Neque per Phàëton[tis]
cunabula, solis exhausta fæcunditas, qui[n]
do & cinis uterum gerit, si Solis radijs fo-
veatur. Datum id tamen Phænici, ut fo-
lus ad solem suam referret propaginem
cuius extinctus radio, eiusdem rursus fo-
mentis suos cineres animaret. Fabulo-
sum id nonnemo de Phænice dixerit, a[t]
Borgia Solis omnino ales est. Originem
eius & ducalem purpuram evolve, in
qua solem primò conspexerat, primâ[r]i-
tæ aurorâ non aliundè purpurascente, q[uàm]
à Tyro domestica. quid hæc tot lumi-
num fæta domus nisi quædam Solis Re-
gia? quid clauæ meliori destinatæ Her-
culi? quid avita Ducum series, quàm il-
lustris fortunæ radij, qui Solem argua[nt]
latere inibi, ubi hæc vel crepuscula il[lu-]
xêre?

Arg. 2dũ Phænicis cunabula

têre? Adhæc IGNATIUM cogita, & Solis prosapiam (quæ Phænicis est prosapia) Borgiæ non invitus concessisti. Etiam is ingenium Solis luculenter præsetulit, & argumento sunt vel in exanimatis IGNATII cineribus micantes stellæ meræ extincti Solis indicia in illustris animæ relicta exuvijs. Quodsi raritas ut pretium, sic speciosum Phænicis nomen indit; si rarum alicui decus insitum, si quæsita vel ab utero hausta raræ dotis possessio; ita ut Phænix ingeniorum solemni vocabulo nuncupetur, quem rara ingenij subsidia celsiùs provexêre; Sanè in Borgiam ea meritò cadet nomenclatio. Vis in eo rara & communis gloriæ limitem prætervecta fortunæ insignia? certatim in Borgiam influxêre. rarior in eodem fortunæ aprico Virtutis radius oculos everberat ac Phænicem arguit? radius hic in Francisco multiplex sine oberrante atomo eluxit. transfusa nempe in titulos è siderum luce serenitas umbra est merissima, nisi grandescat consortio meritorum. Meliores item Principes Virtus parturit quàm natura, nec stabiliùs sibi Procerum constat felicitas, quàm ubi fortunæ munera probitas solidavit. Quàm verò illud rarum ac Phænici ge-

Arg. 3. Rarus Phœnix, rarior Virtus.

minum in Borgia faſtigij terreni faſtidium? quàm ſemper animus ſupra fortunæ præceps evectus conſiſtit in Virtutis arduo? In Principum ſortem naſcendi felicitate immigraverat natus ad purpuram, ſuccreſcens ad tiaram: clavæ illi, crepundia; faſces ſummis proximi, ludus fuit: neq; flos ille vireſcentis ævi ſpe tantùm in herba, ſed laureis Majorum eruit: totis honorum copijs eius animum potior quàm Polycratis fortuna oppugnavit, admoto & ariete, ex quo velle aureum; ita diluculum vitæ peragenti iam tum omnia fortunatum meridiem pollicebantur! Sed hæc naturæ congeria Franciſcus ipſo natalium calculo retinuit, ne deeſſet, quod virtutis ſupercilio deſpiceret. nam id etiam Phænicis eſt nativam plumarum lucem extinguere, dum totam ſolari buſto inſepultam reſpuit venuſtatem. At verò ut quiſpiam patritis fulgoribus fatalem pyram exſtet, Phænix ſit omnino neceſſe eſt. Dum inter Sceptra & aureos fortunæ velut felicis Arabiæ ſinus talem requiſijmus Phœnicem, fruſtràque illa ætas expanderet ſpei vela videbatur, niſi Arabiam dediſſet Arragonia, quæ Proregem Borgiam purpuratis faſcibus primò viderit ſubol-

fenſum

fenſum. *Primus ille ſuccenſum ab* IGNATII nomine rogum honoribus accendit, majorum imagines vel ideò peroſus, quòd fumoſæ utique, non ſatis luminis habe- rent; ceris avorum etiam ſubiratus, quòd ſolem ferre nequeant, quin ad virtutis dedecus ſæpe diffluant aut turpiùs emol- leſcant. Nec ipſa luminum copia, quæ illum circumſtabat undique, illi extra tenebrarum, periculum viſa, quod fu- mum traheret, ſæpe tot umbrarum fuli- gine, quot ſcelerum confinio temerata; Et Catalauniæ Sceptrum eidē viſum fra- gile, cui calamum anteſtare Neapolita- nus ille Alphonſus docuerat. Quid pri- mos illi faſces obtrudas, *Hiſpaniæ* regia? quid clavas, Gandia? Phænicis rogo fo- menta ſuggeris etiam hos ille -- *Faſces ſubijciet focis.* nec purpuram illi indue, nativum ſufficit Phænici purpuriſſum, vel quod ab innocenti jam animo expri- mit veterjs culpæ rubor. Ergo in rogū ite triumphalem regum trabeæ, Proce- rum laticlavia, aureæ frontis bracteæ, bullata vulgi delirantis oſtenta, hanc vo- bis pyram inſtruit Phænix Occidentis. Ab auro vobis nitor plurimus? aurum hoc ignis probet: eat in parem focum ſplendor qui ſic oculorum aciem excæ-

Sarb.

cat, ut ad Solem ac sudum æternitatis ca cutiant. Pulchriùs nitet, qui lychnulos hujusmodi cum Borgia sic extinxit: & Phænix non ita Orientis busto extinguitur, ut non pulchrior ei reviviscentis natulæ aurora illucescat ipsa vitalis diminutione lucis auctior. Auditis hæc venari lucem ex umbris etiam aliorum assuetæ animæ; metam sine cursu quæritis dare locum honori qui poteritis. apud quos prodroma honoris non mansit vani nominis fuga? Non Dædali vobis pennis sed Phænicis ingenio ad honoris atria ad veræ laudis adyta enitendum est. E merget citiùs, quòd oblivionis situ quis velit insepultum; novumque Phænicem dabit, quisquis à fascibus fastum, ab animo paludatæ sortis ambitum excludet. At Borgia lynceum quiddam in oculis animoq; gessit, benè sub purpura, bene sub auro etiam calvam cernere, Isabellæ edoctus spectaculo. Hoc ille ex Augusti vitali busto Phænix Cantabricus, hoc eius occasu Phosphorus, adeòq; si prodigium Orientis Phænix cineri vitam debet, & Borgia Phænicis cunabula æmulatur. Taceat prodigiosum Iovis è capite ortum Palladis Poësis; novum hoc nascendi genus veritatem non habet obstetricem veriori

Arg. 4tũ Phænix è cineribus Isabellæ.

veriori prodigio Franciſcus vitæ beatioris traxit primordia, & Phænicem ex favilla renaſci poſſe docuit. Prodigioſi partûs ſeriem accipite, quicunque ad paria Phænicis genethlia nec diſſimilem renaſcendi rationem inardeſcitis. Aderat funeſta, niſi te, Franciſce, novo regnorum ſidere illuſtraretur dies: ibat ferali ordine lugubris pompa noctem ad Iſabellæ occaſum conſecutam referens: accenſa funalia, quæ velut minora ſidera extincto ſole lucere par fuerat: ſplendebat inter parentales umbras auro coruſcum pegma, luctum funebris ubiq; cultus colorq; indicebat. Adeſt, & ad deficientis Solis ſpectaculum confluit Occidens: ades & tu ſepulchralis pompæ arbiter Franciſce, ac dum in imperiali urna ſplendoris exploras veſtigia, noctē ipſiſſimam & vix ſuperſtitem inter ignitos diadematis lapillos reperis favillam. Horruit Auguſtæ ſaniem ſpectatrix pupilla, ubi Auguſtam ſperaverat, & ubi Helenam putâſſet, ceu visâ Gorgone ad revelatam Perſei parmam perhorreſcere cogebatur. Nil in urna ſupererat auguſtum præter coronam, extinctæ oculorum faces complurium lucem ſiderum reſtinctura; nullæ in genis vernabant

rosæ, areolas tantùm vermium ac bufo-
num vestigia reliquerant. huc quippe
recidit, in hasce umbras desinit evanidu
formæ nitor! Perculit te attonitum hi
occasus nulli terreno sideri evitandus, i
quem Isabellæ serenum inciderat; se
non ita mortalitas insitum Augustæ splé
dorem intercceperat, ut non prodigiosi
hinc flamma in te funderetur, & novum
terris Phænicem è cineribus intermo
tuæ Principis parturiret; nec ita omni
forma in sepulchrali pyra defluxerat, u
non inde Phænicis prodigia pullularen
quæ obstetricante augusto cinere, no
fætûs formatrice gratiâ formaretur.
verè vitalem tumbam! ô favillam cæle
stis animæ conceptu & gratiæ cunabul
fæcundam! nihil hæc emortale gesseri
cui tam promptum ad vitam parere im
mortalem: nihil prodigiorum sterile,
unde Phænices prodeunt. Ipse post fu
nera superstes in auro cinis non tam
mortis spolium, quam immortalitati
exuviæ vitæq; pignus credi poterat, qu
etiam tunc aluit ignem, cùm extinctu
alioquin, Francisci, si quod animo cæle
sti inerat, gelu accenderet. I nunc &
Peroratio prodigiosam Orientis alitem Occide
surrexisse nega, ceu ita sterilis sit Hispa

na fæ-

na felicitas; ut non etiam in hanc fobolem fuccrefcat. Phænix regnorum Hifpania quidni & Phænices proferat? Non invidet Romæ aquilas vel *Sarmatiæ*: alijs, unde Columbanus emerferat, mitem columbæ propaginem; ipfa Phænicis fui genethliaco Cælis etiam plaufum movit. Nec effæta hæc fæcula tanti infæcunda prodigij Momus incufet livor; natura id *Phænicis* prohibet, qui hoc ipfo, quòd Phænix fit, unus eft nec plures patitur tanta felicitas, quæ facilè Phænici *Borgiæ* ferat parem. Dixi.

VII.

ZONA TORRIDA IN AQVILONE

feu Oratio Panegyrica De B. STANISLAO *KOSKA* Sarmatiæ Seraphino.

ARdet, ardet iam Septemtrio, ex quo flammas illi fubjecit Koftka Seraphicus, Auditores. Vix proximus nobis hic exarfit Ucalegon, Orbem etiam incendit. cogit & gelu torpentem æftuare oram, poftquam totus in flammas abijt, & prope glacialem Oceanum Igneam Sphæram fixit. Sic melior noftri Orbis *Torridi Aquilonis noftrè caufa.*

Phaëton

Phaëton non pœnitendam septemtrioni stragem intulit, dum tarâ exempli Violentiâ salubre incendium tam latè protulit, iamq; Aquilonis nomen pænè amisit Aquilo, qui jam cuivis æquare suos æstus valeat Æquatori. Odit nempe Aquilonares brumas Vesuvius hic amoris, nec Decembrem patitur intra nova extra Africam æstuaria. Injurium quidem Cælum Sarmatia quondam causari potuit, quòd ad Mæotidem & hyemis jugi damnatam, nec æstivis diu solibus frui vellet, & frigidos tantùm Balthici maris æstus agnoscere: Stabant olim mæstiores perpetuâ canitie campi, occlusa flumina, gramina gelu decocta; sed nives hæ ad Cælestem Kostcæ ignem penitùs dissolui, & fervere glacies tandem cæpit. Gelidum iam nemo dixerit Lechicum axem, qui sic ardet, postquam ignescere didicit ab IGNATII alumno. Flammeam certè hanc indolem non frigidum clima gignit: Zona frigida non est, ubi sic animæ inardescunt: alienum id à Ioue frigido tam fervidos partus dare; potius Empyreum quiddam & igni geminum præsefert tellus, quæ Seraphicas profert animas, Seraphicam fovet flammam, cui nihil cum Boreæ flabris commune intercedit.

Nec Polonia jam friget.

tercedit. torpent enim & animi, ubi omnia sub Arctico obrigescunt. Quodsi nôsse id vestrâ interest; torridam in Aquilone Zonam efficit prodigiosus Stanislai ardor. nullus fuit vel Zonæ temperatæ locus, ubi nescijt modum amor igneus, adeoque ipsa etiam magis incaluit æstas, dum ille mensis æstivi (nam & Kostcæ satis fuit crescere in Augustum) geminaret ardores. In flammas proinde mox erupit torridum jam sortitus axem Septētrio, dum & Kostkam Sacer hic ignis corripuit; nec enim alij sunt Aquilonis ignes, quàm illius, nec aliâ pulchriùs exarsit flammâ hoc Ilium, quàm quo domesticus exarsit Ucalegon. Quæ verò tibi unquam, ignite Pusio, alia vivendi ratio, quàm in hac amoris Ætna? quando tu non in hoc rogo Alcides? quando non in hac suaviùs adurente pyrâ? Vix lucem, quam affundit ratio, adspexisti, & iam devota huic igni victima destinaris: vix bullam auream indueras, cùm aurum hoc beatioribus focis probandũ admoves: Vix puer, & jam ad aras tuî Sacerdos constitisti, cui tantùm igneis collibuit cælum colere holocaustis. Nihil unquam tibi toleratu acerbius, quàm frigidus mentis torpor; nihil gravius, quã quidam

Sed inardescit à suo Seraphino Kostka.

Incendia Stanislai

quidam in animo December. Etiam in fata quodammodo Æstas amoris, dum Augustus æstatis arbiter tibi placuit, ne quid etiam tunc temporum vices ab æstu pectoris dissentirent; neque aliam nôras hyemem, quàm quæ corpus adureret animo penitùs inaccesso. Autumni etiam maturitas tunc tantùm arrisit, dum Roma te admitteret in sacratiorem Andreæ larem, cujus ipsum etiam Nomen à viri deductum etymo maturuit: neque amœnitas veris placuisset, nisi ob rosas & lilia, quæ in genas & indolem transtulisti: ver tantùm quoad hæc pudoris Symbola noveras, cæterùm apud te etiam in primo ætatis vere Seraphica æstas. Quid primæ illæ in oculis faces? quid oris vigor igneus? quid nativus genarum rubor, & flammeum amoris minium? nonné æstatem torridæ Zonæ æmulam præferre? nonne salubriorem Vesuvium alere ac prodere videbantur? Qui tibi attonitus inhæsisset, Seraphicum tibi genus ac prosapiam jurâsset. nec enim aliis mentem facibus aduri quàm Seraphicis voluisti, eorum vecordiam execratus, quibus igne planè fatuo cor exedi, ac Furiarum depasci tædis fuerit non insuavè.

Fomenta flamma- Afflavit melior Auster ignem hunc in Austria,

Auſtria, quem novus Sarmatiæ Prometheus è domeſtico cælo tranſtulerat, ut Cleanthis adhuc oleo vel Demoſthenis foveretur. Obſtupuit novam extra ſextiles etiam Kalendas æſtatem apud ſe Vienna, à Lechico Aquilone tam fervidum mirata ingenium provenire, quod in illa Univerſitate Cæleſte Sacri amoris gymnaſium vel conderet, vel ibidem ad ſummum proveheret ingenium charitatis. Nihil autem Tulliana obfuêre flumina, nihil Atticus Demoſthenis torrens: aluntur enim hæc incendia, dum etiam his fontibus ſociâ manu alluuntur. Nam apud Tullium, quæ in eo mentis in vultum erumpentes flammulæ? quale in lingua oculiſq; fulgur? quàm non obvia rerum diſpoſitio, cùm æſtus meridianos in Aquilone collocaret? quàm celeres animi motus, cui amor ipſe alas addidit? Nihil in ejus dictis humile, nihil frigidũ quot Verba, tot amoris vibravit faculas, quævis illi exarſit in flammas oratio. Verùm ne fervor hic intepeſceret Zonæ torridæ æmulator, quædam admovere fomenta placuit. Divinum illi pabulum præbuit Ceres Sanctior, & pinguius illud obſonantis Dei ferculum, quo ſic ardentes lychnuli optimè nutriuntur. At profectò

rũ ab Auſtria.

Fomenta à Sacro Pabulo.

fectò id demum eſt ipſo Igne præfervid
ali! igneum id Sympoſium eſt & bolu
amoris igneus. Efferveſcat neceſſe eſt
cui talis ſubijcitur fomes: amor ſit Per-
ſonatus, qui hoc ſaginatur ferculo: de-
nique Sſraphicum ſit palatum, quod
bullienti flammis opſonio inſuevit. Si
ignem ale, quiſquis extingui metuis
ſub hoc illum ſepeli cinere, quem divi-
nior hæc farinula & Panis pænè ſubcine-
riciùs ſubminiſtrat. Non minùs tamen
Koſtcæ iejunia hoc aluêre incendium,
nam & oleum flammam nutrit. Delica-
tus hic ignium cibus eſt & ſacri amoris
alimentum, quem fovet dum corpus e-
domat; inflammat vehementiùs, dum
ardores temperat ac reſtinguit. Nempe
Zona in torridam facilè immutatur, ubi
Zona eſt Temperata: Furentis Æoli nul-
læ ſunt vires, cùm in hujuſmodi Athle-
tas impegêre, qui hoc perunguntur cero-
mate, hoc ſunt oleo delibuti. Nec Koſ-
ka ſenſit aliud, dum voluntarius inter
obſonia lautiora Tantalus, ipſo pænè ab-
ſtinentiæ uſu ſatur inediam inter dapum
condimenta, famem inter irritamenta
gulæ reponeret, dum flamma hæc noctur-
nas inter vigilias plurimum ceræ, nimi-
ſiceræ abſumeret. Quamvis autem

Fomenta flammæ ab oleo.

vent

ventæ inditum calorem ſic reſtinxerit, cùm ſic virtutem aleret, adhuc tamen ignem ſpirare viſus; documento, quòd non ſub Cancro tantùm, qui torret Africam, verùm & ſub ſigno Piſcium melior æſtus regnet. An verò & tu, Paule, huius flammæ nutritius? etiam tu nutrimenta huic foco ſubijcis? Subijce, non extingues: calcem per ſummum nefas inſonti imprime, non opprimes. Nil unquam huic igni tempeſtas obfuit; ſerpit ille latiùs, dum hoc velut turbine propellitur; micat meliùs inter tonitrua, fulminibus invaleſcit: duris ille paſcitur, novit & cruda concoquere ac in ſuum trahere alimentum: denique hæc turbinum flabra ignem ſuſcitant, non reſtinguunt. Quid verò minas aſperiùs intentes? major eſt, quàm ut his fluctibus obruatur. Premis? altiùs flamma evolabit. probra & pugnos ingeris? hoc etiam ictu ignem è ſilice provocabis. etiam pari nubium colliſu ignes in àëre accenduntur. Quodſi adhuc Virtutem odiſti, amat hæc & odia, imò novâ antiperiſtaſi vel ab odio amorem validiùs accendit. Sed etiamne lectus in focum tibi ceſſerat, Stanislae? ceſſit omnino, ubi non febriculæ màgis, quàm ſacris ignibus

Eundem ignem adverſa alunt.

Et ardor febrilis.

ignibus æstuabas, cùm te non tam mo
bi vehementia, quàm sacer lectulo la
guor affixisset. nam & cælitus inditus
mor languorem parit. Eluxit tamen i
ter hæc amoris deliquia, Cælitum urb
na hospitalitas ab amoris Patria demig
tium. Totum ad te febricientem def
xit Cælum, & dum febriculam sopit, c
litem flammam alit, dum ignem ulnis i
jcit, ad pectus apprimit Consumentem
Mirum profectò, ni totus æstu colliq
sceres & torridam anteires ardoribus Z
nam inter hæc incentiva. An enim S
qui globus igneus Anaxarcho, in man
illabatur, nec adurares? an amorem
ther depluat, & non in faculam acce
dare? Maximè repercussis ab immu
primævæ labis Speculo flammarum radi
js, à tua, inquam, & Divina Parente, qu
tantò vehementiùs à te Zonæ frigidæ
timenta in æstu depulit, quòd Ignem
bi in manus injecerit hospitalem. Sic
tianinum hic rubus exardescit, & vicin
sibi plantulis ardorem imprimit; ac
JGNATII alumnos semel sub Palud
mentum sole fulgurans recepit, sic ig
Vestalium hæc maxima perenniter fo
Adest insuper & Barbaræ Pharus igni
iuerdescens: nam etiam hæc Vest

Et Cælũ ac Cælites.

præpi

præpingui pabulo & planè adipali bolo incendium vitale nutrijt, imò perſonatum in Pane Ignē in alimenta ignîs Cæli miniſterio detulit, ut famelicum flammæ palatum auctiore Veſuvio recrearet. ô incendia! ô ſuavioris Ætnæ auctores! quiſquamne Aquilo hîc non igneſceret? an vel ipſum gelu impreſsâ noviter ignîs indole non efferveſceret? Torreat neceſſe eſt, quiſquis hæc in pectore, quiſquis totis imbibit medullis igniaria. Adeſt jam è buſto infelici hoſpes ſtygius ſuas ad ignem tenebras exploraturus; & aſſuetus alioquin flāmis ultricibus, quas vindex in cæleſte ſcelus excitat Divina, Nemeſis; has tamen, quibus innocens Koſtcæ pectus uſtulatur, graviùs perhorreſcit. Et certè nunquam ſtygia tantū, vt hæc ſontem Genium aduſſit quantūvis mitior flamma; nec ille talem à ſeptemtrione ſperaverat, quâ in eum major Hercule Puer inſurrexit, oppugnaturus iterum hydram facibus. Fugit tandem turpiter fugatus à te, ignite Pugil, docuitque exemplo, leones ſibi ab igne metuere; fugit veluti igne de cælo tactus, dum tu ſic emicas, nec fulgur illud ſuſtinuit, dum has faces opponeres inſultanti. Stigmatica iam eſt hæc bellua,

Fatalis hæc orco flamma.

facilè

facilè agnoſces illam ex ſtigmate, ſi r
dux iterum ſterni velit. Adeo, hi etia
quibus exureris, ignes tibi etiam fu
triumphales! At ô quàm tuos intend
Intendit tandem Roma. rat ardores, cùm te ſuis mœnibus exc
piſſet Roma! quamvis & ipſa tuis ab ign
bus ſuaviùs inarſerit, adeòq; ubi Roma
inveneras, Trojam meliorem effecer
dum pari flagrare incendio tota conte
dit, & in ſeptem collibus replicata Tr
iæ incendia latiùs eluxêre. Hîc verò
ioranti quos non ignes ſubdidit IGN
TIUS? quos fragrans illud Oleum, qu
n te tiro athleta cum Divino Nomine
ranſtuleras? Nec ater tibi tunc ind
ctus color ignem occuluit, quem umbr
luculentiùs ſemper produnt, & in hac e
am nocte, quam pullata exhibet lacer
na, pulchriùs flammæ micant. Oppor
tuniùs tamen hoſpes igneus ſacram An
dreæ Domum Romæ ſubintras, quæ gl
ciale pectus refugit, ubi ardentiſſima
Crucis deſideria in fervidam IGNATI
pubem Achàiæ tutelaris tranſtulit, poſt
quam ibidem terreno faſtui buſtum ex
citavit. Fovet ille inibi diviniores ho
ſce igniculos, & Phàëtontes educat me
liores, per quos Orbem ſalubriùs accen
dat. hos tantùm omni reatu abſolvit

hos

hos non odit Roma Incendiores. Domus illa domus ignium eſt, quibus quòd aureas mentes probet, hinc Probationis nomen deduxit. quanquam ſi non foret ignea, tu igneam feciſſes, Stanislae, qui etiam à culinæ foco flammeus, Seraphinos illinc poſſe fieri docuiſti. Nam ſacræ commentationis ardor quò te non abripuit? incendia tuæ mentis qui tunc neſciît, pectoris ſcrutetur incendia, & ipſa frigidæ affuſio conteſtabitur, quàm ardoris vehementia poſtulavit. nimirum æſtus ingentes pluvia plerumque excipit. Ne tamen metue, Roma, tutior es ac illuſtrior, dum ſic in Petri fraterna domo ardes. Buſtuarius Nero, trabeatus uſtor te quidem accenderat, vt lucentem extingueret; ſed ignis hic non in favillam te redigit, ſed in Seraphinorum Patriam. Auge quàm maximè hos ignes, plures vel Seraphinos cælo inferes vel Laurentios. Equidem Koſtkam tuus depopoſcit Laurentius, iamque illi ſua mitior ſuaviorque craticula, dum flammæ ſocium Koſtkam videt. Admiſit hunc in craticulam, dum in febriculam; idemque Levitam dies ad thorum illum igneum damnavit, qui & Stanislaum. Hoc illi buſtum Amor excitaverat, hunc Phœnici

Lechico

Flamma Seraphica in cælos evolat.

Lechico rogum Roma, hanc Oetam H[illegible]culi non jam cæli pro Atlante, sed [illegible]fantis DEI bajulo destinârat æther. [illegible] quia sphæra ignea centrumque posit[illegible] in sublimi, & flamma nescit altiùs qu[illegible] ad Cælos crescere; etiam Romæ Lec[illegible]que facula Stanislaus cælos petit, in[illegible]pta continuaturus incendia in Empy[illegible] Præit illi toto radians siderum appa[illegible] Cælituum Princeps Virago, assumet[illegible] & hanc faculam, quæ minora etiam [illegible]dera traxit in tæniam; darique simul [illegible]los non abnuet Kostçæ, cui quond[illegible] ipsum infuderat in ulnas DEUM. E[illegible]go præduce MARIA Lechici Septe[illegible]trionis Seraphinus in cælos avolat[illegible] lacteam sed igneam ingressus viam, [illegible]mulque beati incendij vestigia late [illegible] patrio relinquens Aquilone. Felix [illegible]chia, nec frigidus jam Aquilo, si pari[illegible]stuantes flammâ sæpe proferat Seraph[illegible]nos. Dixi.

VIII
ITER ROMANVM
B. STANISLAI KOST[illegible]
Seu Sidus Erraticum
Vel
Exul Beatus, aut Fuga triumph[illegible]

Romam & ipse iter molior, & vos Romam tantisper transfero, Auditores. Etiam hæc translatio una de Rhetorum Metaphoris est, nec Romam horret. etiam noster Tullius. Ergo imus in Capitolium prævio duce Kostkâ; sequi placuit pulchrum honorum transfugam, quos Romam usque fugerat. Et itineris beati comitem esse non piget, & fugæ triumphos meritæ socium non pudet. tale iter ineat, quisquis popularis gloriæ metas transgredi concupiscit; parem fugam eligat, qui laureas consectatur. Non sola quippe has prælia innectunt, etiam subinde fuga pulchriùs triumphat, nec Solos Albanorum Curiatios illa sternit, sæpe meliùs pedes quàm manus tuentur, datumq; receptui classicum, quàm conflictui. Evadis ad trophæa, dum quædã prælia sic adornas, nec infelicius cadit belli alea, dum astu Fabij tantisper cedis: fuga hæc te gloriæ facit reum. nec speciosior victorem, quàm te profugum cingit laurea. Adeò non unus etiam tibi Cunctatori instar Annibal, qui ut prælio superior, sic cedendo frangitur! Verbo, trophæa crebrò insequeris, dum fugam capessis, imò adeò illustre facinus est decoro fugæ subsidio palmam victricem infregisse,

Fugientẽ sequatur oratio.

Decora hæc fuga.

fregisse, ut nec Parthis alius prœliandi vincendique modus placuerit, quibus solæ in fuga suppetiæ, unica triumphandi fiducia (ut ille cecinit) --- *in pedibus versisque sagittis.*

Quod si Parthorum exēplum desipit, aut sequi barbaros non intra decori metas reponimus, Kostcæ vestigia premere haud fuerit indecorum. Tot illi palmæ succreverant, quot passibus ad Urbium Latijq; caput ivit illustris hic transfuga: seu obliquis, seu transversis itineribus contenderet, rectà semper specioso fugæ impetu visus currere ad coronam. Nulla hoc in itinere illi arbor obvia non laurus, nulla non trophæum fuit; quidquid sacro calcârat vestigio, totum in serta victricia visum est fronduisse, nec alia citiùs illi patuit Romæ, quàm Porta triumphalis, ad quam trito Cælitum Heroúm tramite immensa prope spatia decurrit. Habes viæ comitem, Stanislae; sequor etsi non equis passib9 tuus præeuntem Achates, à tuis vestigijs, à tuo latere nec tantillum recessurus, donec Oratorio circuitu inter solemnes Poloniæ plausus ad Romanum te primò Capitolium, mox ad Cæleste deduxero, Viatori similior quàm Oratori. Non me itineris deterret longinquitas,

Propositio repetita.

non

non incogniti viarum flexus, quibus tui reverentiam impressisti, non Alpium inaccessæ rupes, non viæ discrimina in Latium contendentem. insistam ubi contiteris, spectaturus quæ tibi etiam saxa fatigato somnum, quæ nemora lasso quietem, quæ arbores umbram æstuanti prætexuerint, qui campus tuos sudores hauserit, quod tectum magnus hospes impleveris, qui tibi haustum sitienti profluens, quod penu famelico cibum ministrârit. *Plin.* Non unus ad virtutis arduum trames teritur, aut una illuc Appia deducit: undique ad illud curritur, & adhuc tot semitæ supersunt, nisi quòd pauci tot itineribus in virtutem iverint, quot in primo ætatis studio detriveras, Stanislae. *Virtutis Olympia.* Vitæ curriculum, quod non ultra morum processit seniû, ad probitatis adyta tibi metam defixerat. Locum non attigisti, cui novos ad mentis decora ductus non imprimeres tamdiu visus currere, quamdiu in Via esses; tamdiu inter hæc Olympia, quamdiu extra metam. Apollo primùm tibi laureis instravit iter, dum te ad imperiales Musas evocaret, quò te parentis imperium, quò Sapientiæ vota destinâtant. *Iter in Austriã.* An enim florem ætatis frigidus septemtrio decoxisset, quia pulchriùs ad *Studia literarum.*

Auſtrum & Auſtriaci Heliconis rivul
aleretur? Prodis ergo è patrio Aquil
rum nido, atque alium ſolem intueri p
tiq; diſcis: Athenas Viennéſes involas,
Minervam inde rapias; literarum quo
dam Ilium, ut Palladium inde Ulyſſes m
lior aſportes: denique ad Romanas aſſu
ſcis Aquilas, Romanus brevi futurus C
vis, & vernantes annos in *Latio* Vienne
excolis, antequam in Quirinali Vatic
næ tibi laureæ contingant. Hîc verò
non impigrè Apollinares laurus meter
quas literarius ſudor irrigârat; ubiq
te aquilam probare, ſeu ingenij penna
altiùs librarent, ſeu flammeus in cæl
mentis impetus abriperet. Nec in oti
tu literario, exoſus Scipionis jactantiam
otioſus; nec in doctæ quietis atrio ſin
motu, Vaſtius Virtutis curriculum emen
ſus, dum Viennenſis tibi Pallas moram
injiceret, ubi brevem tantiſper itine
tantum metam fixeras, non animi cultu
ræ: ut ferè magnarum mentium indole
ſtagnare neſcit; ſcatebram amat, pe
quam effluat & latiùs evagetur: ſola
hanc fatigat quies, ſola frangit animum
remiſſio, labor redintegrat. Quis ver
currentem hunc & freno Iſocratis egen
tem poſſit vel cogitando aſſequi Theo

pompum,

pompum, dum vix ullius ſic detrita veſtigijs literariæ pietatis Olympia tranſvolat, non decurrit, etiam uſitatas exhauſtis Palladio labore ingenijs ferias meliori volens Sapientiæ vectigales? Rhetorem ſi audiſſes; cæleſte ingenium & Suada illum limatior circumfluxit: mentis conniſu in Elyſia transferri, digredi ad fana Numinis, vitia Comparium declinare ac perpetua illis indicere antitheta, quâdam ideæ caſtigatioris ethopeiâ Cælitum mores induere, hæc illius facultas Oratoria: denique non in votis illi potioribus Doctorum laureæ, quâm Divorum laureolæ, non tam Hortenſij flores, quàm quas in animo geniſq; verecundia plantaverat, roſæ ac lilia. Fugâ tamen hac in ſtatione non caruit Stanislaus; nã in fugæ adminiculis præſidium virtutis invenerat, dum in coætaneorum licentiam, in Pauli odium, inſons animus incidiſſet. Sic nempe vix ullus ſine Audace Stanislaus! Et prodigium erat, niſi tã præcox virtutis maturitas intra metam invidiæ conſtitiſſet, cujus quia mores oderat, amore prorſus excidit, hoſtis vel ideò quia diſſimilis, gravior ſcilicet, quã ut eius aſpectum levitas ferre poſſet. Quæ verò hæc, Paule, animorum vitæq; diſſenſio?

Paulus inſecutor Auſtriam deſerentis

 ſio?

ſio? quæ te furiæ? quæ latentis invidiæ faces ſtimulant? in eum tu detonas, qui primus fulminum officinam ultrice de te Nemeſi exhauſiſſes? ergo hoſtem indues, poſtquam fratrem exuiſti? Jejúnia, quibus virtutem educat; ciborum parſimoniam, quâ pancraticè famem obſonat, exhorreſcis? ſic illa deſipit iis, qui cœli & virtutis guſtulum amiſere: at malè ſani id palati argumentum eſt; etiam ingluvies idem horret. Adhæc novit Stanislaus te nubilum ac tonantem illæſâ ſerenitate excipere; celſior eſt, quàm ut ad ejus animum tela hæc pertigant, quæ urgent potiùs ac ultra virtutem promovent hoc in ſtadio conſiſtere neſcientem. Sed ecce dat ſe obvium currenti koſtkæ hospes ſtygius. hoc deerat calcar, ut ipſa etiam ſpectra agerent Viennâ præcipitem. Sed non is erat puer, quem larvæ terrerent; quando novit & de Orci ſocialibus triumphare Averno fatalis innocentia. Quodſi vel avitas Soleæ cruces in hoſtile caput erigat, vel manu triumphale hoc ſignum in omen victoriæ attollat, periîſtis Avernales furiæ, & Poſio poſt Conſtantini prodigia in hoc ſigno vincet. Egregium id, Stanislaë; per laureas ad Capitolium; triumphi hoc iter

Perſecutor Orcus.

Iter Viennâ Romam.

hoc iter eſt, nec herôem dedecet: libentiùs Roma ſic triumphantem excipiet. At tibi via in feraces triumphorum palmas fœcundiùs effrondeſcit, cùm præter Erebum iter retardare molientem non unum fugâ iterum eludis hoſtem. Nullibi tamen doloſior ſub blanditiarum fuco hoſtilitas, quàm ſit domeſtica fortuna, mundi præſtigiatrix. hinc tibi aureæ torques & vellera, pretioſa mancipiorum viſa ſunt monilia: Parentum blandimenta, tormentum Phalaridis tauro ſævius, quod tibi trans Alpes fugere inſedit animo. Sed fuga hæc victoriarum coronamentum eſt & pulchrior priore laurea. nam nec laurum ſtyx porrigit, ubi omnia cupreſſum redolent & herbeſcens exareſcit viror; & ſtygium canem vincere aut ſopire non tantum gloriæ parat, ut non eundem Orpheus canendo non pugnando citra laborem ſopiverit. Specioſius eſt, ubi de teipſo, ac de tuis triumphas, ubi de mundi blando in ſpeciem molimine ac impoſturis Pæanem præcinis. Heroicũ id & palmare facinus nobilius theatrum exigit. Videat Roma te tironem etiam ſic triumphantem, Stanislae! Inferes opima ſanè Capitolio ſpolia, inter manubias ea relatu-

rus, quibus se ultro exuit victor animus, dum ne celeritati obsisteret, omne mundi excussit onus, non inscius, quantopere hoc iter testudinem oderit, quo ad Cælos properatur. Sic suasit vincere Cælitum Imperatrix, & ut victoria sibi constaret, sociorum auxilia solemni ritu deposcere, socia Lojolæ arma consuluit flagitare. At ne duce in Urbem careas, se prodromum offert olor, candidum itineris fausti omen. I candidis avibus, Beate Viator, quò te cælo inditus propellit ardor: ductorem nactus es tuis moribus concolorem, cuius candorem animo imbibisti. discet gratiùs Capitolij sospitator anser inter olores obstrepere. Sequor & ego utriusq; ductum, tot exempla posteris, quot à te impressa telluri vestigia osculo veneratus. Nullum mihi nullum etiam cælo pulchrius in terris spectaculum te profugo; nullus superis ludus jucundior, quàm dum terris illuderes & vera decurreres Olympia; Quoties effusa in te imbrium procella, quoties ventorum turbines irruêre? cùm tu inter obortas àëris tempestates, inter viarum incommoda eam vultui, eam animo serenitatem inderes, quæ vix Campanas inter delicias vel Thessalica Tempe cerne-

Duce Olore.

Itineris incommoda.

cerneretur. Quæ tibi tunc defeſſo requies? quis ſomnum fatigato præbuit lapis? quæ ſilvæ hoſpitem excepêre? qui ſitim reſtrinxêre rivuli? quæ obſonia placârunt famem ſolo inediæ guſtu ſaginatam? Curre nihilominus & inchoatum iter perniciore gradu proſequere, Paulus fugientem inſequitur, quem ſequi renuit: inſiſtit viæ, qui vitæ noluit, niſi Cygnum ipſe induas, ſecutorē hunc Retiarie, non fugiſti. Quadrigis in te invehitur, non quibus in Capitolium provehare, ſed quibus etiam à Cælo è licentiæ voto abſtraharis. Adeò paratus hic etiam Audax ab aris retrahere Stanislaum! Sic iterum Roma fratrum odia parit, iterum Romule *Remum* habes tuis ſe auſpicijs opponentem. Sed novit & in arduo triumphare Virtus, & quæ publicum non amat theatro pectoris cælique contenta, novit ſibi nubem ceu Sol obtendere. *Iam* te Captivum Paulus abduxerat, Præpes Amoris Curſor, niſi in Olorem incidiſſet, quem fratrem quæſiêrat. olorem tu pulchriùs ſimulâſti, dum canos tibi repentè induceres, & nives capillis prodigio inſperſæ Pauli oculis illusêre. Cui enim non imponeret ſic diſſimulata veritas, dum ſenectutis inſignia

Paulo inſequente.

Canities repentina

puer induis, brumam exhibens, ubi vel ac florem minitabundus frater inquirebat? Miræ profectò Virtutis latebræ, quæ umbras reperit in candore! miræ celandæ illius latibula, senio juventam sepelire, & colorem mutare non animum! Verum etiam hic color Virtutis est, & innocentis index animi comarum hæc cerussa: innocens hæc in capillis pruina, mentis indicat cerussam. Sic Romam ferri decuit æternitatis candidatum: sic ad Canisium antea properantem decuerat cani, hæc Capillorum senecta ad illum vel nominis testimonio senem. Vicisti, Stanislae, nec Paulus quidquam proficit, dum ad togatam Petri urbem tot prodigiorum satellitio comitatus contendis, cogitur senium in te colere, cui antè puero pugnos obtruserat. Prodigium illud non iter fuerat, quod in tuî reverentiam furentem Pauli animum composuit, ademptâ tuî assequendi spe, quem Personatum invenerat.

Viatoris refectio. Sed ecce inter hæc viarum discrimina divertit aliò Beatus Erro, illuc nempe, quò sacratior fames impulit, quæ pulsaverat fatigatum. Viator hic absque commeatu æternitatis esse noluit, esuriit Beatorum cæpit pabulum famelicus, & metuen-

metuendus cælo etiam à puero Gigas Cibum Grandium. Sed quia hæreſis ſic cibare neſcit, quæ necare tantùm didicit, fuge hinc quantocyùs, Curſor famelice: non hæc, quam beatæ famis impulſu inſciùs ſubintras, domûs Convivij vel ſiderei Panis eſt, nec vitali epulo hîc animi refoventur; Cælum tibi Sympoſium inſtruit, cælum menſas apparat lautiores. Cui enim incumbat ſacram alere Orexim, quàm Cælitum ephebæo vel triclinio! aut quo ſapidius feſſæ reparentur vires, quàm alimento Fortium? quò feliciùs opſonari, quàm totâ Deitatis medullâ? Hæc tibi exhauſtas itinere vires recreet, hoc Maſſicum ſitim animi de via æſtuantis temperet. Sic ille veſcitur, hoc potatur Cæcubo; nec bolus hic prædulcis aliud palatum exigit! *Poſtquam exempta fames epulis menſæq; remotæ*, id eſt, poſt bella omnino Cæli bellaria iterum in Olympia Viator Sarmaticus, ac reſumptis viribus iter & curſum amoris reſumit. Et viderat Dilinga inſontis animæ dotes ejus vultui ac oculis inerrantes, admirata indolem Cælitũ penè ad ipſam vultûs ſimilitudinem in Koſtka relucere. Eluxit in coætaneis morum comitas, animi moderatio? tirocinium virtutis alij

Virg.
Iter Dilinganũ.

primò iniisse visi, ubi Kostka propemodum veteranus: Vernare alij, ubi quidã in eo Virtutis autumnus maturuit. Sed unicus ei cum auita luce labor, ne forsan erumperet; proinde natali fortunæ radio nubem obtendere, se infra mediastinorum sortem, ex modestiæ legibus abijcere, vernarum obseqijs vires atterere, ut amorem à spectantibus extorserit modestia, dum vix exempla persuaderet. Sensit demum fovendæ tantæ indoli sese imparem Dilinga, hinc ad Orbîs theatrum te non sine Virtutis præconio ablegat, Divinæ Olympionices, Circos & amphiteatra Urbîs meritum, non porticus Dilinganas. Romam tandem à Canisio destinaris, Commendatitias nactus tum ab indole Cæleste quidpiam spirante, tum à Socijs populi Romani ad Senatum populumq; Romanum. Princeps inibi regnat Borgia, quò properas; si quod in fuga delictum est, Peccator ille sanctior non damnabit. Amat & ipse tale facinus, qui sibi Peccatoris titulum novo demissionis stylo, rarioris modestiæ ingenio pro Ducis titulo subrogârat; & qui ab Occidente usque Cantabrico honorarios fasces fugerat, te à Septemtrione profugum in pulchri facinoris socium adle-

Iter Romanum.

adleget perlibenter. Quæ verò vel inter Alpium nives tuæ mentis incendia? quis æstuanti pectore exarsit ignis? quæ flamma cor tenerum exussit? extinxisset hanc in plerisque algor ille, tu nihil de ardore animi remisisti (qui sæpe

--- *ab ipsa ducit opes animumq; bruma*) *Horat.*

ut gelu etiam Cælitem flammulam fovisse videretur. Et iam tot itinerum, tot votorum metam, dum Romam attigisti, totum etiam peragraturus mundum, ut mundum fugeres. Hîc tot itineribus exhausto quies conceditur, hîc æstuanti à Sole umbra, hic portus appellenti è vastiore Oceano Argonautæ. Non probare locum non poteras, qui Domus Probationis est, quæ tamen priùs veteranæ virtutis specimen in te viderat, quàm tironem, dum scilicet has colligeres nondum in Sole laureas, quæ vix triariâ manu decerpantur. Unica tibi adhuc tot jam itineribus perfuncto ad superos via restat, illustris terrarum transfuga Stanislaé. I, curre, ductricem Matrem fili sequere; cum assumpta tibi pariter migrãdum est, cum Coronata pariter coronando. Hactenus Sidus in terris erraticum videri poteras, nunc stellæ in Cælo fixæ indolẽ æmulare. Hic emensum pulchra *Iter Cæleste.*

Virtu-

Virtutis Olympia applaudente Olympo terminus, hæc te fugientem terras meta excipiet: nam impetus effusior in æterna, Cælo tantùm speciosiùs terminatur. Quē terminum quia tu meritorum passibus attigisti, ego, quem in itineris Romani Socium potiùs quàm Oratorem tantisper delegeras, non tam loquendi, quàm currendi, sed non tuis adhuc inhærendi vestigijs finem facio Dixi.

IX.
DEVS CAPTIVVS
In manibus
B. STANISLAI KOSTKÆ.

Deū captivat Kostcæ amor. ARma, arma togatus Orbis corripiat, pro DEO DEIque vindicijs agendum est. In prædam hic nobilem cessit Kostcæ, tantò citiùs pro fascijs iturus in vincula, quòd iterum in ulnis infans; nec fulmine depugnet vel tonitru, sed lacrymâ, blandiatur & vagitu. Rapitur ergo ceu imbellis infantia, & mortali manu captiva Immensitas adstringitur. Kostka sic cælis validus! hic cælum expugnas, hic DEUM captivas Puer Gigas! Nondū *Vis amoris.* armâ effecêre, quod Amor effecit: vinci

nescium

nescium is docuit vinci posse. Novam sane Gigantomachiam inijt feliciore ausu adortus Cælum, quando & imbecillior ætas illius armis tam in arduo triūphat, & levem alioquin assultum excipit palmaris de Cælo victoria. Nulla quippe vis sustinet Amoris arma: nunquam non victor abijt ex arena Gigante quovis Puer hic (nam Pusionis ad instar Amor fingitur) robustior. Atlanti datum in fabulis, ut Cælum bajulus ferret; Amori citra fabulam, ut feriret ac vinceret. Hinc adhuc post Phàëtontem incendia timet Cælum; & quamvis Nativas, quibus interdiu noctuque ardet, patitur flammas, tamen vibratas è corde faces nō sustinet, quin succumbat. Ignes hi triumphales sunt, quoties in cælum inter amoris flabra exarsêre: Patet DEI Regia, nec pulchram deditionem abnuit, si violentæ Cælis flammulæ de ignito pectore proruperunt. Facilè metum persuadent faces igneæ: fulmen validum gerit, fulmē intorquet, qui flammeo armorum genere hostile latus lacessit vel urbes adoritur. Fumat ab igne Ilium, & in cinerem tandem desinit, ubi reliquæ militares machinæ decennij ludibria tulêre. Cælum quidem fulmina non timet, quibus in

erras detonat; sed mollior flamma, qu
leniùs Amor fulminat, illud violentiù
expugnat. Si Cælum sic impetas, Deum
Cæli Oratio. tibi protinus Captivum tradit, velut di-
ceret: Eat in vincula, cedat in spoliu
» Deus; hunc solum ignita hæc jacula pe-
» tunt. Ut ut velim Cæli Principem no
» captivum, Amor non finit pharetratu
» qui triariam pænè instruit aciem, ne
» suaviter ferocire desinit, donec in co
» Numinis impingat. Malim tamen capti-
» vum, quàm cruentum aut telo sauciu
» Numen; etsi non extra ictum sit & vu
» nus, cùm in metam Amori patuit, qu
» sine vulnere non triumphat. Quod si un-
» nu capitur, nondum mancipium Dei
» est: nam Amoris victoria regnum est i
» animos, & Metamorphosis in Deum be-
» ata; ac proinde Captivus etiam Dei
» sese non exuet, qui vel sumet Victorem
» alieno à victis ingenio in Deum trans-
» format. Si verò amica est aureæ liber-
» ti Polonia, in manibus victoris Stanisl
» Deus adhuc liber fuerit, si innutrito l
» chicæ libertati cōmittatur ingenio. N
» runt hæ victrices etiam manus Dei
» vel in manubijs tractare ingenuè.

Triumphus Amoris. Sic Cælum in deditionem inclinas, B
lator Sarmatice, cùm Deum valido Am

ris im

ris impetu in terras pænè deijcis prosternisque. Iacet in tuo Victoris humero Captivus Cæli Pusio, hoc ipso Victus prostratusq;, quòd inermis jaceat inter ulnas, & triumphalem Amoris pompam beatæ captivitatis augeat argumento. *Inter triumphos tamen Cælum numerat*, dum sic Amor Pæane triumphali Cælo insultat; nec dedecus putas sic laurum, vel herbam Amori porrigere. Quid verò prælianti Stanislao Cælum opponeret? an fulminum officinam? Sed hæc laurum non impetunt, quam illi nectit victoria; nec terrent fulminum latricem Aquilam, quæ Lechicam insignit propaginem. An Zodiaci monstra opponeret tenero Pugnatori? Sed ignes hi siderum benefici vel Puerum non exterrent, nec Solum Hcreulem monstra pavent. Opposuit ille Sacram Amoris pharetram sagittario: & cælestis Taurus, Milonis in eo lacertos reperit: ad sacros ignes ardorem posuit Leo, vellus aureum Victori deferre visus Aries. Nam Martis gladium, Saturni falcem, parmam Persei, Herculis in cælo clavam tantùm fabulæ timent, & Amor hæc non ut terriculamẽta quæpiam aspexit, sed ut pulchra Victoriæ complementa. Plura si potes, Cælum *Cæli suppetiæ.*

lum

lum obijce, vires Amoris nondum repri-mes. ô pugna infæcunda ſanguinis, fe-rax palmarum! Viciſſe non pænitet, cùm tale ſtatuitur trophæum, & Deus dedu-citur in triumpho. Opima planè ſpolia, quibus Koſtcæ implentur manus, nec in Capitolio, ſed in pectore deſiguntur. Abſint alia; illuſtre belli ſtipendium eſt, Devs Captivus. Ne tamen nihil ageret pro Deo Cælum, egit primò blanditijs, mox & minis. In blanditias Matrem Ca-ptivi deſtinat: nam nihil mollius ferit, quàm leniſſimum Matris nomen; & ex-pugnant ubera, ubi nil baliſtæ ac denſa miſſilium telorum grando proficit. Et placuit Victori Materna Oratio, iamque captivi Numinis frater audire geſtiit, dũ eandem votis Matrem appeteret, vocibus deſignaret. Sed tamen nondum præno-bilis Captivus manu mittitur, necdum expugnat Vincentis animum tam blan-da Matris Oratio, quin inter pacis optatæ conditiones mora longior capto præſcri-batur. Valida hæc ſanè Amoris impreſ-ſio, quæ Cælum inducias petere cògit, & fœderis ob fidem dare diutiùs Deum, Fe-cialem agente pro Filio Matre, quæ Vi-ctori ne deſit Arcus triumphalis, ſuppe-daneam affert Lunam, ac Romæ brevi

Captivũ repetit Mater.

trium-

triumphaturo in ſeipſa Portam referat triumphalem. Sed interim DEVM in Victoris depone manibus, Divina Parens, quæ violentiore impetu Cælos invasêre. Grave quidem eſt hoc temet pignore ſpoliare, ſed tamē nil hoſtile ſuſpicari libeat de victore, qui te in Matrem efflagitat. Geminos ferè nacta es, DEVM & Koſtkam, dum te belli alea Filio vellet orbā. Felix ſibi Koſtka ſub hoc onere videbitur, nec Atlanti cæli ſarcinam invidebit, alteri fruſtra inhiaturus prædæ, cùm DEVM manu teneat, grandiſqué ſibi accedat à Matre cognatio, cùm fratrem jam habeat DEVM, quem Captivum jure Victoris acceperat. Et ſcivit uti victoriâ; nam facilè tributarium fecit Cælum, cùm illud annonam ſibi non vili palato congruam dare mox coëgit, quaſi Cælis etiam Pane ablato faciliùs obſidium perurgeret. Cogitur ergo Cælum victorem, tot itinerum ſudoribus exhauſtum alere toto DEO, etſi probè intelligat, à ſe quidem ut à Viuentium Patria longè famis abeſſe periculum, febricientis tamen triumphatoris vires ab hoc augendas alimento, quibus cælo validior factus, cæleſtem militiam in deditionem impellat. Oppoſuit quidem pro Cælo turres Barbara, quæ

Tributarium Cælū Koſtcæ dat annonam.

Minæ pro Captivo.

ra,quasi minaciùs vellet gerere proCapti
vo; Sed frustra Pergama objicias, ub
Troja cum Hectore ac Civibus fusa; ve
Acrocorynthum,cæsâ penitùs Corynthi
hîc verò & Acies Materna in triumphan
tis Stanislai partem transiît, & annonam
Cælitem æther præbuit vectigalis. Ce
sit ergo humanior suo Nomine Barbari
adeòque de illius etiam Turribus Murali
obrigit Stanislao.

Irritus Orci in Victorem insultus.

Deerat adhuc, ut stygem vinceret,qu
Cælum robustiori Marte expilârat. Sed
quid negotij facessat canis Herculi,quem
nec Leo deterret? Iacentem is Kostkam,
pugnare tamen paratum reperit: nam
prostrato corpore nondum conciderant
vires mentis,& in decumbentis lecto ere
ctus ac vigil animus excubare ceu in aci
uisus, imò & febriculæ ardores æstum
Martialis animæ intendêre. Hoc illi a
triumphos deerat, ut jacens etiam hos
sterneret, etiam in pulvino invictus pu
gil! documento, quàm in hostem imbe
lem inciderit, quem vel pluma vincere
Nempe Orcum non extimescunt armi
quæ vel DEI Regiam expugnant; ne
canis latratum reformidat, qui Tonan
etiam gravis: & insuper pluma etiam te
lum est, ubi ferit ac dimicat Innocenti

Sed

Sed jam toties Kostka Romam properat, ut triumphet; nec infortunatis avibus, quia Cygno, qui dux itineris, felix auspicium præcinente. Quippe insontis animæ candidum decet esse satellitium; & victori suaviùs olor pæanem occinit, quàm festi lituorum concentus, & militaris inter epinicion plaususque Martios Musurgia. Patebant triumphaturo Kostcæ Iovis Cliviq Capitolini adyta, quia Victori Roma patuit, & Urbem hanc etiam vinci non puduit post Cælum; Sed ad Quirinalem triumphare collem maluit, quàm in Capitolio Iovi spolia desigere; qui DEVM inter spolia numerabat. Capitolium illi exhibuit triumphantis Achaiam Andreæ Domus, in trophæum cessit Crux Apostoli triumphalis, cui ex natalitijs Kostcæ insignibus novum tergeminæ ad soleam Crucis accesserat ornamentum. Macte invicte Pugil Stanislae. Si Cælo tantus terror fueras, quale fulmen in terras gessisse crederetis? Sed quid terras memoro, quas tu jam pridem exosus, ne bello quidem solo contemptu dignari voluisti, ratus indecorum, ibi vel ementito Salmonei tonitru fulminare, ubi Democriti etiam risus triumpharet; nec manuum usu opus esse, cum pedibus

Victor properat in Capitolium.

Terras triũphat contẽptu.

opprimi

opprimi poſſet tumidus mundi apparatus, impacto per ludibrium calce obterendus. Verbo, nullum tibi trophæum poſt Cæleſte, phalerata Mundi blandè ferocientis arma & Martem ſubdolum repreſſiſſe, quem noveras imbelli etiam fugâ vinci poſſe. Sed jam tandem & totam Cæli ditionem poſt DEUM in prædi redactum obtines & captivas. Ibi tamen vel maximè Captivus apud te DEVS, ubi & tu Comprehenſor. Nec æternitas illum tibi eximet, quia tam diuturna ultro amat vincula, quæ illi amor injecit ſemel. Fruſtra jam arma concitet, quamvis contra te Claſſicum primò cecinit Oratio, quando te Cælo aſſerit coronatque intentata DEO Captivitas, nec DEVS his in Vinculis eſſe horret, maximè cùm non ſic illum humana capiat capivetq; imbecillitas, ut totus valeat comprehendi. Dixi.

Dei captivitas in cælis continuata.

X.

PIA IN PARENTES IMPIETAS ſeu Oratio Panegyrica.

De B. STANISLAO KOSTKA Parentum & Mundi blanditijs inſultante.

Erudi-

Eruditior tandem evadet Orbis, Magistro Kostkâ, postquam non absque insolenti encomio discet hodie nova Cæli Calculis approbatæ Impietatis præconia, Auditores. Ludum ille aperuit, dū Patritiæ Domûs blanditijs illuderet, quas ultra Alpes fugerat, novam & ingenio virtutis accommodam exorsus docendi methodum, dum Piæ in crudeles Parentum lacrymas Impietatis gymnasium aperiret. Planè divinior hæc literatura ultra hominem sapere, hominem docet exuere, cùm & affectus, Democriti prægressa ingenium, dum ludicra suaviantis mundi molimina irridet, Columbano propior, dum proculcat. Nec obstat impubis adhuc & in prætexta ætas, quæ sola pulchriùs in hac arena triumphat, nec meliùs quàm rudibus annis ars hæc discitur ac docetur. Sed tamen in cognatæ spei præsagia mitis crudelitas terris suaderi ægrè potuit, quæ antiqua in muto Cræsi filio amabant miracula in parentē ferocire militem prohibente, ut è contra Tulliæ facinus adhuc odêre, quæ supra cruentum Patrem carpento immaniter vecta consternatos egisset equos. Errorem tamen facilè detexit Orbi palmaris in hoc Latio Professor Kostka, patuitque illustre

Nova Schola.

Novæ Artis Professor.

illuſtre eſſe facinus, quod novum ac
dit inter ingenia Seraphinum flam
nun verba fundentem, ubi vel mor
tatis odium ignes ſubdidit, vel igneu
li amor. Latè per Europam circum
deductam hanc cælitus diſciplinam
in Auſtria ſedem fixit, unde Paulus
ad Urbem Petri pepulerat, nec Imp
aquilâ ſe ad ſolem hunc ingenioru
tiùs explorante, donec Roma pare
pupillam intenderet, neq; longè a
à Cathedra Petri heroicæ facultati
feſſor, & Pullus Aquilæ à Filio Co
quaſi eruditioribus imbutam Pri
indolem novas de ſe, novas de Pa
laureas inſectantem extra Tarpeiu
lem degere haud deceret minoribu
ſpolijs, minoribus triumphis pervi
tumentem. Hinc ille quamvis l
peritam, tamen illuſtrioribus acc
dam fecit ab Auſtria Metaphor
cognatæ orbitati gravior, quò ad
aſylum ſecurior, pro roſtris Quirit
cepta cæli plauſibus dogmata trad
ut ſub illo & Roma erudiretur &
Quidni verò ſe hoſpitalem novas
tio Athenas condenti præbuiſſet in
telam Achaici Andreæ tranſcript
mus? Imò ſuavior adhuc Andr

Romæ Cathedram figit.

Crux esse cæpit, cùm illam & in Kostka-
rum fulgere soleâ ceris patritiæ stirpis
impressâ, atq; complures novâ solidæ
virtutis attractos illecebrâ & Kostcæ Ma-
gisterio convolare ad illam cerneret è
regno etiam Aquilarum. Ibi ergo pul-
cherrimæ artis assertor substitit, Franci-
sco Gandiæ quondam, tunc Cætûs Lojo-
lani Duce artem haud novitiam proban-
te, & sociali virrutum gymnadi obliquã
spei parentum, sed intentam æternis in-
dolem adoptante. Scilicet apud Franci-
scum, cui Peccatoris titulo ceras obsi-
gnare modestia persuaserat, facilè plau-
sum amoresque retulit hæc in subdola
domesticæ spei auguria crudelitas fastis
seculorum omniumq; calamis celebran-
da. Præivit quidem in Sacratiore hoc Magisterio, quod supra monui, Colum-
banus, sub cujus pedibus triumphatam
Matrem Britannia spectârat, illustre fa-
nè spectaculum, quod DEUM, qui totus
oculus, suaviter detineret: Sic nempe
pugnandum erat; cùm amor in filium
rapere non jam Matris sed hostîs;
lacrymæ canerent classicum, verba
illita telorum instar cruentarent,
insidias detegerent ubera; non ali-
tunc illi ad victoriam iter, quàm per

*Columba-
nq ad hãc
classẽ spe-
ctat.*

calce protritos Matris insultus. Sed tamen Columbanum facinus etsi Cælum perennibus fastis adnotârit, tamen Columbæ hujus gemitus aures hominum pervagatus æmulos virtutis paucos protulit. imò nec cognatas blanditiarum machinas satis oppugnare docuit Paci amicum Columbani nomen mitius, quàm ut insitum in propinquos amorem profligare possit ad Oleas Nöé natum, non laureas. Expectandum fuerat, donec post Columbam Aquila è Poloniæ nido evolaret, quæ artem tam sublimiter enitendi suæ volatûs experimento edoceret. Et edocuit sanè Divinis etiam Oraculis probatæ facultatis Methodum Kostka Lechicus, in pares de hoste domestico triumphos exempli violentiâ perurgens. Quã candidi nacta sint ingenij Professorem sæcula, etiam ille testatur Olor, qui Romanũ iter ineunti dux itineris datus, ne non faustis avibus Parentum fortunæ votisq; illudere, & molles copias fugâ aggredi videretur. Quòd verò fratris oculos repentinâ elusit canitie, quædam in eo virtutis maturitas festinatæ insignibus senectæ proditur, quam ille fugitivus tegendo Virtutis artificio assumpserat. nimirum solus Senile quiddam ante seni-

Ars hæc prodigijs illustrata.

1.

2.

um ge-

um gerit, cui mundi fascinus non illudit, puero propior, cuius animum idem labefactat vel quem aurea bulla delinit. Porro quidni securum sit discere, quod his & Cæli prodigijs roboratur? Absolvitur à noxa meritò in Mundum exercenda hostilitas, quæ Cælestes etiam Genios in spectaculum evocavit. imò & cælesti pabulo recreari meruit pulchri facinoris rea indoles, quam æther ipse totâ Divinitate alere duxit non indecorum. Quin & suo nomini factis fidem abrogans adest Barbara in turribus pio facinori trophæum datura vel asylum: Adest & cælitum Virginumque Princeps inter febriculæ ardores sudanti Kostcæ non aliud lenimentum, pro insolitæ artis exercitio non aliud Minerval allatura, quàm quo Cæli æternitas bearetur. Inter filiorum classem insuper adscribit illa, qui sic in terris Matrem oderat: DEUM in manibus deponit, quæ terram abjecerint. Sed rarus admodum vel post hæc prodigia huic artium pulcherrimæ aurem animumque despondet. Ex parentibus cum primis vitæ auspicijs coævus in eos pariter amor trahitur, nec facilè fædus inter utrumq; dirimitur. odisse, qui te in lucem effuderint piaculare facinus & vix non culeo dignum

3.

4.

Schola varius auditorium.

gnum putatur. Natura indidit affectus quos in authores suî molliùs temperavit. At quæ insuper paternis laribus? quæ Matrum lenocinijs non inest illecebra? Hinc nil Ulyssi paternæ domûs fumo fragrantius: domesticum etiam stabulum optimè olet male emunctæ nari Augiæ. Divelli à parentibus ægrius cognato pectori, quàm umbræ à Sole: horas sæculis admetitur, quæ illi parentales obtutus auferunt: sæcula momentis accenset, dum illis fruitur. Usque adeò se cordi adhuc insinuant, quorum uterum reliquêre, & assistunt lateri perlibenter, quorum visceribus inhæserunt. Aliud in te ingenium, Stanislae: nam paternos amores exosus, ne cæli odium incurreres, sic naturæ terminos præuertisti, ut gratiæ metas atringeres, piâ in domesticos tyrannide in virtutis consortium admissâ. Oderat avitus amor sanctius hoc in te piaculum, non tam noxæ; quàm tot in te decorum jacturæ inconsultò præcavens; piaculum inquam; nempe in omnes admitti putatur culpa, Orbe contempto. Ergo jam tibi nulla libertatis iura concedere etsi oriundo è libertatis regno; nunc tonare minis, quas riseras; nunc tentare blanditijs, quas oderas: jam au-

Artis hujus adversarii.

reos

reos oſtentare torques, quaſi vinculis in-
tercipi aut in nervum abire poſſet invi-
cta Virtus: jam minitari compedes, ac
ſi in civẽ jam Romanum id liceret: Quid *Literæ*
enim (inquiebat) avitæ natalium luci cũ *Paternæ.*
vita umbratili? quid Patritijs ſolibus cum ,,
nocte, quã pullata præfert amictu religio? ,,
extinguis non citra dedecus gentilitios ,,
fulgores, ſi nubes hæ tibi præbent ſipa- ,,
rium. Pulchriùs Palatinæ Curules te pu- ,,
blicum in ſole Civem ornârint, quàm ,,
atrata umbratici cultûs inſignia; clavæ, ,,
quàm calami. Purpuratorum te ſubſel- ,,
lia & Sarmatiæ ambiret laticlavium; & ,,
abnuas? aurea ſupellex & dives domi ,,
Pactolus inundaret; & reſpuas? Sed præ- *Has re-*
ſtò erat, ut hæc diſſolveret oculatiſſi- *fellit Koſt-*
mus Koſtka, ubi dolis ſpecioſum quidpi- *ka.*
am Sophiſta orbis obtenderat. Umbras
virtutis conſcias horrere haud poterat,
quæ vel à Sole diffunduntur. Neque ve-
ſtium atratus color animæ illuſtri offi-
cit: etiam per hanc veſtium noctem ad
ortum gloriæ diemque itur; & purpura
non ulla pulchrior, niſi quam tinctura
verecundiæ in genis & animo coloravit.
Nulla unquam Tyrus parem protulit,
nullusque Apelles vivum hunc genarum
muricem ex æquo adumbravit. Sæpe in-

ſuper in purpuræ luce animi nitor ex-
tinguitur, & erubeſcere neſciunt vitia
purpurata. Quid verò torquium fulgor
objicitur? odit ſervitutis ſymbola liber
animus perinde aurea ac ferrea catenis
illigat: à torquendo inditum nomen
torquibus, hinc torquent, meliùs
innodant, quàm adornent. At
minæ apud Stanislaum minùs va-
luêre: Riſit hæc ille fulmina, nec
in laureata Urbe timuit. Et verò pro-
ſtratæ virtutis eſt, quem domeſticū ho-
minarum fulgur exterret. Domeſticus
hic Iupiter citra noxam, citra periculum
fulminat, nec hujuſmodi tonitrua virtu
timet. Quid verò blandiora illicia, qu
in literis laticlavia domus propinabat
Eluſit hæc conſtantiùs, & animo ſem
expuncta, etiam calamo proſcripſit Sta-
nislaus. Ulyſſem reperit nova Siren ſu
dum ad hæc ludicra, & tantùm pueri
palato motura fors ſalivam melimela v
bracteas infantiles. Scilicet ſub hoc me
le virulentius Colchico livet venenum,
tam illuſtre fulgur noxium fulmen tra
hit. Hîc vel maximè robuſtæ virtutis
minent vires, quæ Heröicæ omnino ſun
niſi hæc illas impreſſio debilitet ac ene
vet. Quiſquis nobilius quid trophæi vu

Nova artis dogmata.

giagitas, Heròëm te noverit hic assultus. Si Parens hostem induat Cæli eludens arbitria, filium exue; si virtutem molliùs Mater subruit, Hydra est, te Alciden exhibe. Pulchrum est odisse, cujus amor perimat; nec fugere indecorum, qui cũ Virtute bellum gerant: imò sacrilega est pietas, quæ animum obtruncat. Nullâ meliùs pietate DEUS colitur, quàm quæ consanguineam, si Cæli placitis clàm obsistat, virtuti immolent comitatem. Si victimæ placant superos, hanc priùs hostiam Cælo devove. Perime quidquid mũdani moris æternis se opponit & DEUM pulcherrimè coluisti. Taceo iam in illius caput intorta sæpiùs à fratre fulmina, quæ ab infracto pectore nil aliud expressere. Præter tolerantiæ prodigia. Et agnoverat planè quem concitato quadrigarum impulsu visus persequi, Stanislaum, si virtutis indolem agnosceret; sed cæcus adhuc tunc tenebrio ad radiantem vel in nubibus solem & ad illustrem personati vitij radium hoc est, ad nova prodigiosæ artis documenta cæcutiit. Senẽ reperit Nestori coævum, cùm prætextatũ quæsiisset, dum ætatem senecta novæ virtutis arte inducta canorumque illustris prodigio præseferret. Vicit qua fugâ triumphali,

Iterum ars hæc oppugnatur.

umphali, quâ prodigijs suffulta cælestis propemodum doctrina, vicit tot eminus cominusq; telis impetita Kostcæ con-stantia, & lauream Romæ intulit. Age jam Romane, imò eruditor orbîs Stani-slae, siste hoc tuis consignatum vestigijs virtutis per tuorum colla contendenti ad superos iter: iam Romæ viam Appi-am attigisti, Pium inibi reperturus, quot tot iam numeravit Roma, reperturus Cle-mentem, à quo sanctior hæc impietas ple-no præconiorum oraculo approbetur. Patebit cæli etiam securum esse hoc cæ-lis violentum facinus, quod tibi datæ cæ-litus Petro Claves referant, & Clemens Romanus luculento testatur encomio re-seratas. Age & tu MARIANA juventus & à terrarum ingenio aliena novæ disci-plinæ documenta in hoc pietatis atrio te-cum recole. Si Divorum laureas & Va-ticanam apotheosim meruit potior in consultâ pietate impietas, credo, quòd de-inceps neque tu, nec quisquam alius velit in Parentes aliter esse pius; aut certè ad eorum voces fabulis Milesijs suaviores auribus ceram adhibeat - - *illâ de na-petitam.*

Sed Romæ approbata à Clemente X.

Peroratio

Quæ siculos cantus effugit remige sur-do, ne cognatæ pietatis specie, pius in san-guinem,

guinem, impius in animum, pænitendâ tyrannide seipsum nefariè juguler effe-ratque. Dixi.

XI.

THEOLOGVS CONSVMMATVS

Seu Consummata Virtus B. ALOYSIJ GONZAGÆ in Studio Theologico in cælum migrantis panegyricè exornata.

PRæteriit tandem mortalis famæ limites Theologi cognomentum, cùm illud Aloysius Cælis intulit, simul è Theologorum, simul è mortalium classe promotus in Rempublicam Beatorum, Auditores. Principis gentilem titulum, hoc est, exile cunarum aut fortunæ congiarium pridem abjecerat, sed Theologi nomen adhuc & post fata retinet. Tunc esse auspicatiùs cæpit inter Theologos cõsummatus, cùm Theologus esse per fata desijt; tunc pænè Divinus, cùm homo etiam inter vitæ deliquia esse desineret. Nempe beata DEI Visio pridem juris Theologici est, nec meliùs hæc scientia

In cursu Theologico obijt.

comprehenditur, quàm dum quis esse incipit Comprehensor. Hæc demum est laurea Theologica, quæ Cælestem laureolam non excludit, ubi absolutæ virtutis terminos felicior cursus attigit. Nec à laurea palmare Ludovici ingenium excidit, quam Virtutis Theologicæ multiplex actus & victrix toties arena obtulit, nec inculta licet, tacere illam audet Oratio, quod faciliùs Theologorum Phænicem pari carere præconio, quàm sinat omnino destitui. Prima illi arena, Matris uterus, ubi prima eidem crevit laurea, ubi prima Gratiæ contigit ibidem Conclusionam sublime tunc quidpiam de Gratia non tam disceptando, quàm exporrectæ ab utero manûs experimento indicare visus, eâdem manu conclusit gratiam, quâ sacrum excepit vitæ laticem, & infantili palmâ palmam pænè Theologicam rapuit præmaturè. Nimirùm dum obstetricante Gratiâ in lucem prodire parat, insolitâ methodo contra primigeniæ noxæ authorem thesim de Gratia propugnavit, ad ulteriores statim initiatus laureas, quas illi prævio natalibus instanti Gratia plantaverat. Adeò præfervidæ mentes festinato impetu præripiunt consummatum animi decus. nam nihil non

Laurea Theologicas.

Conclusiones de Gratia.

com-

consummatum, nil non perfectum præcox etiam molitur ætas, ubi Gratiæ vivax ingenium accessit, atque adeò non impedit adhuc annis negata maturitas, quominus in virtutum encyclopædia cõsummatior evadas. Quòd verò effusus in lucem hic Gratiæ partus solemni ritu basilicam *Divorum* Nazarij Celsiq; mox subintrat; id Orthodoxæ Theologiæ persuadent leges, ut quidquid privatæ ad lustricum fontem velitationi pro Gratia dēpsissent angustiæ, actus suppleat tandem publicus inter natalitios plausus ritu Catholico instauratus. Post actum hunc Solennem, placuit non sine majorum actuum præsagio primâ ætate non sine felici vitiorum ignorantia, Virtutum non tam theoriæ quàm praxi insistere; cùm Aloysius in hoc studio vel potiùs stadio Peripateticus ante videretur, quàm ambulandi officium usumque natura indulsisset Theologicum tamen cursum intercepit Martialis arena; ibi hærendum fuerat, quando & inibi virent laureæ, nec imperijs parentum obsistere sinit melior Theologia. Sed dum studiosiùs Pater castris Aloysium, Mater salubrius addicit astris, castrensem Palæstram brevi deseruit, quòd inter militares laureas de-

Actus publicus supplet ceremonialia Baptismi.

Theologus Castrensis.

Theo-

Theologica pænè desperaret, quæ ad mi-litarîs æstum licentiæ arescat. Quippe suavior ibi persæpe lituorum, quàm Vir-tutum concentus; & insolentior Musur-gia, ubi classicum canit linguæ turbæ procacitas: denique sæpius ibi militari-bus machinis honesti ratio, quàm hosti-um municipia subruuntur. Proinde in sole illo ac pulvere, à quo non rarò ani-mi sordidantur, degere non libuit, sed aulæ novam solitudinem & palæstram inducere. nam & aula virtutis lycéum, cæli atrium est, si Angelica non exclu-dat ingenia. Hæc verò arena cruenta illi extitit, & plùs elicuit sanguinis, quā castrensis. Nēpe Theologica bonæ men-tis Palæstra luctatores amat, quibus aspe-rior vivendi ratio & durior lucta ad pul-chriores de se laureas artûs & ingenium duravêre. Dedit eidem pòst laureas & Florentia, in qua nihil à vernante lo-vocabulo admisit alienum. testis hæc E-uropæ Floridâ, ut Theologus ille ingeni-um scientijs, animum virtutibus exco-luerit; ubi, ne à Doctore Angelico alie-nior videretur, ad aras Florentinæ Virgi-nis eximij Candoris studium Sacramen-to asseruit, non minùs tunc in voto An-gelus, quā eminenti virtutis Studio The-ologus

Votum seu anathema Theologicum.

ologus, longèq; Divinis aptior, cùm hominem pænè adhuc in corpore exuiſſet. Sic ergo per ætatis annorumq; gradus ſolidior in hac Scientia noſter Theologus, dum unam poſt alias de mundi ambitu quærit lauream, alibi mavult eſſe Theologus, quàm domi Princeps. Sanctius enim eſt hoc facultatis genus, quàm ut illud profanæ porticus intra ſe coërceant. Inſedit animo Lojolana Univerſitas, placuêre Hiſpana ingenia, & poſt ſolitudinem domeſticam Societas facilè inter Minimos tanta indoles eminebit. Sed gravius tunc à domeſticis excepit telum an argumentum illuſtris Theologus, dū cæleſte oppugnant ingenium, quaſi non perinde illi foret de Parente gemino, ac de Orbe etiam univerſo triumphare. Vicit ille, nec victum Parentem puduit, dū Cælo ſe genuiſſe videt, quem aulæ obſequijs deſtinabat. Optimè verò, Divine Theologorum Princeps, blandiētium diſſolvis Sophiſmata, cùm illa deles lacrymis, & ardentiore conatu infringis aut eludis. Quàm verò tu poſtea non torpeſcente ingenio, ubi agendum fuit de Merito! quanto egiſſe viſus es non languentis animi conniſu, ubi de Gratiæ augmento! quàm Angelicâ pernicitate, ubi paren-

Academia Lojolana.

Oppugnatur Theologus.

Defenſio.

Theologus consummatus.

parendum! quàm Seraphicus videbare, dum sacra perciperes! quàm *Divinus*, cûm humana etiam inires consortia! Theologicus tamen cursus tibi planè Olympicus esse Cursus videbatur, quem vix arripueras, ad Finem Ultimum pervenisti, nunquam consummatior Theologus, quàm dum Cælum consummatæ Virtuti præmia maturè obtulisset. Quem terminum quia post illustres Virtutum præmissas attigisti, attigit & Oratio, te ad illud usque punctum prosecuta Theologi, à quo felix æternitatis principium auspicaris; adeòq; punctum illud ultimam Orationi meæ, sed non tuæ panegyri periodum indicit. Dixi.

XII.

EQVES LILIATVS

Seu brevis Panegyricus Jllibatæ B. ALOYSII GONZAGÆ Puritati.

Ordo Equitum Liliatorũ

A Lilijs dictos Equites; quibus honorarium torquem aurea nexuêre lilia, sola, quod sciam, Gallia dedit hactenus; fecit hodie Ludovicus, ne sola hæc tam candido gloriaretur equitatu. Et Mantua ferax est liliorum, & post lau-

reatos

reatos vates, inter quos Mantuanus Maro eminet, profert & Equites Liliatos. Protulit enim Aloysium, qui dum Virtutis Olympia decurrit, mox ad metas candoris consistit, catenata de auro lilia non in monili torquato gerens, sed animo cerussam imprimens liliis genuinam. Sic hæc quorundam Principum labes, quibus ut candor nonnisi in argento vel cerussa, pudor duntaxat in purpura vel luxu, sic nullus subinde Virtutis color, & sub regali vellere. Servile vitij iugum & ignobilis catena. Specioso ibi pondere ab aurea terræ glebâ lilia opprimuntur, & ipsâ fortunæ mole suffocantur. Adeò rarus est in purpura *Eques* liliorum; quæ tamen nec à manu, nec ab animo exclusit Castilionis hæres Aloysius, cui non alia vitæ primordia, quàm candoris; nō alia cunabula, quàm Gratiæ. Movit invidiam & Marti hæc floris fragrantia, & qui rosas olim cum *Scipionis* legione in cassidis ornamentum rapuerat, etiam liliis inhiavit. Sed rarò inter Martis Symphoniacum haustus animo candor pæanem modulatur. Campus quidem ceu natali gremio flores fovet ac recipit; at Campus hic Martius est, ubi tales rarò in galeis vel animis vernant flores, & in Mar-

Talis & Aloysius re ipsâ.

Tum ob maturū animi cādorem.

Tum ob votū Florentianū cupatum.

Martiali pulvere candorē exuunt. Quare Florentiam te potiùs è castris ocyùs transfer, Aloysi, quæ cùm vel ipso nomine amænum ver & hortenses delicias præseferat, ingenium gerit liliis opportunum. Vix ullibi meliùs quàm Florentiæ lilia efflorescent, Magnæ Virginis altaribus à te novo inibi vel inferenda vel consecranda Hortensio. Si verò lilia humor alit, Florentinus fontes Apollo referat, quibus flores hujusmodi alit, quisquis ubertim alluit. Castilionis hæredem & Castalij fontes decent. Hæc in scholis

Candorē intendit SacraCeres.

lilio alimenta; quæ ab aris? nam & hæ liliatos Equites, quia purissimas amant Mentes, & insuper solem gerunt, cujus luci candor insitus in propiores herbulas per radios quosdam refundatur. Intendit ex aris animi candorem & Sacratior Ceres, quæ dum totâ Divinitate mētes impinguat, uberem puritatis scatebram eisdem propinat. Verùm & aliud flumen florem hunc perfudit. Quoties

Et lilia tuentur spinæ.

hic Eques penè in sanguine natavit, quem pia verberum expressit ultro laniena! at candor intenditur inter hujusmodi purpurissum. hic murex prænobilis est, quo animæ tinguntur, adhuc albidæ, dum sic rubent. imò pulchriùs ad

purpu-

purpuram candent lilia, & rosæ suaviùs lilijs permiscentur. Sed jam puræ mentis vestigia & aulæ imprime, Cæli Candidate; plures extra Galliam efficies Liliatos. Quidni autem efficeres, ubi ad insigne id Equitum decus Eques candidus calcar admovisti? Hærent adhuc Philippi regiæ, tuæ Virtutis monimenta: adhuc aures posterorum admonet tuus ille sermo, qui rosis verecundior, purior lilijs circumfluxit. At Roma te adhuc ambit, in qua hic etiã sit Equester Ordo: Aquilas Gonzaganas illa suis vult Aquilis permisceri. Hîc ergo subsiste prope aciem Campi Floræ Eques liliatorum Candidissime; Ducem inibi habes IGNATIVM, cui lilia tantùm benè in terris olent, & militari Sacramento firmandus toties cãdor plures ibi centuriat Liliatos. Ibidem & inter Aristotelis spinas lilia, & in aprico sub Aquinatico Sole vernabunt fragrantiùs. utrobiq; fida lilijs est statio, nec Liliatum Equitem odit Angelicus. Insigne id, etiam Angelis & Summæ Angelicæ inferendum, cujus author cùm Thomas sit, eminebis adhuc etiam in hac abysso, si penitiùs in ea recondaris. Sed tamen quid Thomæ abyssum impleat? Liliatos etiam absorbet hæc admirabilior Vorago, Olympia.

Qualis in aula hic Eques?

Qualis inter Equites Romanus?

Equitis in Theologico cursu

Vorago, quæ Deum in summam redegit adeòq; in Angelici complexu lilium hor spirare desiit, cùm in Sole Aquinatis ei spiravit in Cæli Elysia transferendum. Atq; hæc meta est, quam Eques hic attigit Liliatus. Dixi.

XIII.

PRINCIPATVS VIRTVTIS In B. ALOYSIO GONZAGA Mantuano Principe panegyricè adornatus.

Rara in aulis Virtus.

RArò inter Sceptra Virtus coaluit, aut diuturna illi cum trabeato cultu primisq; fascibus consortia placuêre, Auditores. Alio plerumque comitatu Principum clauduntur latera, quibus frequens aulæ satellitium penes frequentiam vitiorum, ceu in solitudinem locus abeat, in eremum degeneret, si non securiùs pulsâ virtute oberrent scelera; vel si hâc ad intimum conclave admissâ, non quidvis liceat Principi, quidquid libet. Procul extra hæc Principum probra & indecora sanguinis à Virtute divortia,

Aloysius Princeps Virtutis.

Mantuæ designatus Princeps Aloysius nec prima illi in veteres Gonzagarum ce-ras influxisse gloria, nec Sola; cùm eas

illustri-

illuſtribus Ceris (quæ illi etiam debent, quòd non fluxerint, nec effluent è memoria ſæculorum) ideam Principis ac Heroæ mentis effigiẽ imprimeret, quæ aras etiam, in quibus ad æmulos ſtatuitur, mereatur. ut iam illius non aliunde ducenda videantur laudum initia, niſi ubi vel pulchra Virtutis Olympia inchoavit feliciter, vel pulcherrimè abſolvit. Solenne quidem Oratoribus, Principum velut Magnorum fluminum originem inveſtigare ſolertiùs, & ab avorum longa ſerie velut ab Inacho landationum primordia texere, nulli ſuaviùs inhærere, quàm Majorum ceris; quaſi non pulchriùs coloranda ſit Oratio, niſi ducto à fumoſis imaginibus colore, nec ad ſummum laus provehi poſſit, niſi à Majoribus ordiare. Sed tenues hi laudum rivuli, de quibus & peſſimus quiſque delibare poſſit plurimùm, qui ultra natalium fortunam non aſpiret. Tamen infra virtutis etiam umbras fulgorem natalium reponit, cui cælum pro meta lucis eſt; & quiſquis præter avorum celebritatem domi aliam habet, volatico famæ impetu terras exceſſit, adeòque illi faſtigium ad ima defluxit, omnis celſitudo illi ceu vallis infima, ut niſi ad cælos pertingat, ad vulgarium

metas

metas laudum omne jaceat præconium
Tanti est non solis Majorum, hoc est
alienis in laudem præsidijs insistere, sed
suo gloriam computare calculo, & cens
naturæ fortunæq; divitem in boni poti-
oris lucra indolem perurgere ne ceris
tantum innixus Icarum addas. Nec ali-
ud de te divinare licuit, Castilionis glo-
ria Ludovice, quando ipso obstetricante
inter inclytæ domûs fortunam cælo, non
ante in publicum hoc naturæ prodiisti
actor, quàm gratiæ, dignam cælo specta-
tore totâ vitæ (vt eam vocant) fabulâ da-
turus scenam. Felix qui tuos ante ortus
Solem videris, renatus antea quàm na-
tus, & contra traducem noxam melior
Achilles lustralibus tunc aquis tinctus,
cùm id elatâ ex uteri tentoriis dextrâ vel
supplicis more deposceres, vel plenissi-
mo urbanitatis ritu Gratiam invitares,
cum qua datam tunc mutuò dextram mi-
scuisti. Fuerit alijs non indecorum terras
ingredi cum avito, in quod non labora-
verint, tot decorum satellitio; commu-
nem nascendi gloriã antecellit, te simul
Majorum, simul Gratiæ insignia, cæli-
tumq; plausus tecum utero extulisse.
Priùs tu Cælo quàm terris notior, Dei
antea, quàm Castilionis hæres, etiã clau-

Maturè initiatus ad virtutem.

sus

sus utero dignam Principe libertatem. (Adæ perosus vincula) imò principatum gratiæ tenuisti, etiam tunc violentus cælo pænè Gigas, cùm necdum infans; non ignarus tunc cælum rapere, cùm nondũ nôsses, cui nempe primus fuerit usus manuum Cælum & Gratiam apprehendere, facilè tibi Principatui gratiæ inaugurato purpuram tunc daturis (nisi hunc animo candorem præoptasses) quadraginta Heròibus, quos idem dies Cælo per felicem Naumachiam transmisit, qui te albo Gratiæ inscripsit. ô manum illam pia-tulis fatalem, quorum primum tam maturo intimæ venustatis interventu ab animo proscripsit! ô novum recentioris sæculi Alciden, qui non fabulosos in cunabulis angues eliserit, sed ante cunabula trophæum de Orco statuerit, Nazario & Celso (in quorum sacris ædibus detracta Orci bustuario duci spolia defixit) ad hoc nondum herbescentis ætatulæ privilegium assurgente. Neque sterili solo commissa fuit præcox Gratiæ sementis, cùm tam festinato germine in culmum virtus excresceret, iam tum adultior, cùm ætas in herba primũ viresceret Extollet in alijs fida rerum temporumq; testis posteritas primò erumpentes in vultum tenere pie-

40. Martyres 10. Martij.

Ibi sup pleta cerimonia Baptysmi

re pietatis facultas; de te dubitavit, la-
ctisné plus an pietatis infans hauseris,
quam cum lacte imbibens, cum ætate
corroborans, annis tunc maturiorē alui-
sti. At Principatum virtutis etiam tibi
Castrensis virtus Principis Europæi Martis castra detulêre. Nempe
dum tantisper positâ pueritiæ bullâ & in-
ducto prætextæ clypeo nunc in persona-
tum hostē desultorio cursu irruens, nunc
jucundo tenerrimi furoris æstu ferociens
nunc militares machinulas imaginario
Marte admovens ita classicum dares, ut
concineres mox pæanem, ita ludicram
premeres arenam, ut simul adornares Vi-
ctoriam; Sola tibi rosas loqui vel lilia
inassuetæ militarîs linguæ licentia non
ludicrum objecit Martem, de qua sem-
per, etsi de hoste triumphâsti nunquam;
pulchra continuaturus trophæa, nisi cæli
Magisterio tuum inter arma periclitari
nitorem, in pulvere candorem obsolesce-
re edoctus, inter lituos de suavissimo vir-
tutum concentu desperâsses, nec gēmas
huiusmodi inter Martis tonitrua coale-
scere videres, inter quæ illis certior im-
mineat tempestas. Placuit ergo Princi-
Virtus literaria Florētiæ. patum alia per trophæa stabilire, ac indi-
cto ignorantiæ duello, laurum priùs ab
Apolline mutuarj. Florentia vel nomine

vernan-

vernantem spirans Maium deligitur in Campum, ubi vernantior ætatis flos inter Apollinares laureas succresceret, & fœderata pietati sedulitas de ingenij palma contenderet. Hoc erat planè post galeam ad Mercurij galerũ aspirare, quòd literas illi odisse haud liceret, qui jam tũ digna literis moliretur. Meminit urbs jlla, quæ vix sibi tua, Ludovice, impressa sensit vestigia, novam in se tot florũ, quot virtutum coloniã censuit insedisse: Meminit ut tu in literis, quæ magis humanæ sunt, pænè Divinus, & capaciorem sortitus animum, quàm vt illum unica impleret Pallas, toto DEO pascere aggressus es famem tuam, nulli tunc vel inter Pòëtas infensior, quàm licentiæ. O delubra illa Divorum perbeata! ô aras Florentinæ Virginis rosarum florumque fertilissimas, ad quas te votivum veluti anathema, lilio conformior in illo ætatis flore appendisti! Quo plausu iuratam illam castimoniæ vocem fana Virginis excepêre! quanto, dum interpres jurati pudoris tua manaret oratio tantò Atticis gratior, quantò rariùs à pari Hortensio paria extra Florentiam lilia deferuntur. Sic in humaniore literatura pænè Angelicus evasit Aloysius, augustal

Votum castitatis emittit Florẽtiæ.

jam

In aula non aulica Principis Virtus.

jam cum eodem Principe revisite, ubi Imperator dignam illo theatro indolem, ille verò virtutis tantùm latebras adamavit, in quibus rarissimas Princeps Roscius scenas daret. Nemo sic inter aulæ Proceres purpuratus, ut Aloysius, etiam hîc in arena belli quam Pacis amantior, qui ubi hostem non reperit, de seipso exegit laureas, nobilius in conchyliata veste, dibaphum ratus, quod gemina sudoris sanguinisque tinctura indidit inter ultro indictam sibi verberum catastam. Adhuc illi ipsi, nisi mutos adhibuisset spectatores testarentur parietes, ut ille proiecto in somnum corpore, vel fixo ad aras poplite humum consecrârit, ut micantes sideribus noctes suis ampliùs vigilijs illustrârit, ut solis placârit iejunijs famem, ut nullum dives delicatumq; epulum non solâ dignatus abstinentiâ, contentus voluptate, quæ rectè factis inhiaret, alibi delectabile id tantùm ratus, quòd honestum. His ille itineribus ad summum virtutis contenderat, infra Principis decus referens, quod non supra vulgi merita emineret. Et si quidem Orbis judicio rem definire placeat, is supra vulgi statum staturamq; attollitur, quem opes ambitioso tumore non distrahunt,

præceps

præceps honoris in tranſuerſum non agit, in quo nulla Campania virtutem emollit ac enervat. Et certè cum ſublimior fortuitæ ſortis ratio quodam faſcino recti ſtudium intercipere, faſtu animum ſoleat expugnare; quis thaumaturgam in luce tanta non ſuſpiciat eclipſim, quæ pro micantes ab altó radios inductâ modeſtiæ nube temperat, vel quæ ex divite domi Pactolo, quibus ſuo velificari poſſit nomini, nullos in pediſequam honorum arrogantiam derivat aquæductus? Talē ſanè regia Philippi, talem opulentia Gonzagarum formavit in Aloyſio Principatū. non ille prodigo profuſoq; in arrogantiam luxu corpus operuit, non veſtem adamantinis accendit flammis, vel argentī mæandris inſignît, non Phrygio gemmarum auriq; textu vel artis aurum criſpantis ingenio ſericum emollivit (quamvis regalis aulæ ſplendor faſtum exemplis irritaret) gnarus optimè, quidquid corpori aliunde accederet, ſpolium eſſe ac furtivam alienæ fortunæ prædam; & ſuo fulgere, baſilicum eſſe. Ergo cùm alij ſerenitate purpuræ atq; baccatis monilibus everberarent oculos, intra Serum vellera vel auro fluentis togæ vincula greſſum frangerent, ſupra vulgarē fortunam ſeſe

lunatis attollerent cothurnis, ad plausum omnia canoro luxûs classico excitarent, fulgerent laticlavio, niterent unguentis; in Aloysio vel inde satis poterat honor Principis discerni, quòd trabeatum se paratum pretio tumorem respuerit, nec indiguerit solemni colore dignitas, quam demissio à cæteris pulcherrimo discrevit argumento. O digna Principe molimina, quem in tam præcipiti annorum flexu, neq; comes fortunæ labes afflavit tumor, nec lubrica pars ætatis in fervidioris naturæ insidias à modestiæ rectiq; legibus deturbârit! Quid verò cùm ad te sanguinis calculo devoluta imperij Mantuani iura impensiùs detrectares, & onus hoc minoribus Atlantibus non insuave, inter nascendi ordine irruens certatim humeris excuteres, Ducis titulum eò constantiùs deprecatus, quò te iustioribus Mantuæ votis appetîsset, quò tibi æquiùs inhæsisset. Quæ tua hæc moderatio? quod in fratrem pietatis certamen, in cujus ceu cognati Alcidæ humeros cælum hoc & aureum tiaræ pondus inclinabas? quod heròicæ mentis erat specimen, natalium suffragia prope in sinu honoris abolere! propensa in te naturæ fortunæq; studia mox aliò rapere, vota in alium & fasces, in te

Principatus modestia.

Rudolph.

Romana Principis Virtus.

in te inopiæ transferre insignia, nodosæ telæ tormentum purpurâ, patritos Principum fulgores pullatâ Ignatij lacernâ Româ in spectaculum effusâ permutare? Nec alibi de obstinata Parentis, quem lacrymis fregisti, aliò spectantis voluntate triumphantem spolia fixisse decuit præterquam Romæ; etsi non tirocinij umbræ inibi decuissent, sed circus & theatra jam emeritæ virtutis jam propè veteranum; cùm tamen etiam ibi grandia, quibus insistere tibi certum firmumq; fuerat, acta majoribus obliterans exemplis adhuc Optimorum insisteres & ipse inter exempla numerandus, ac in primo vitæ sublimioris aditu talem te gereres, quales se plerique serò demum pollicentur. Exuisti purpuram, semper tamen nativo intimi cultûs murice rubuisti: micuit cæli penicillus in pleno charitum vultu, qui suis admiratoribus extasim quandam induceret, nunquam aspectabilior, quàm cùm erubesceres spectatorem. imò & inhærens animo cerussa corpus ipsum imbuerat, & innocentiæ concolores genas ignita Charitas miniabat. Et tamen omnium amor te unum tuomet odio in metam destinâsti, hoc uno te parum felicem autumans, quod nulla te impeterent te-

la vel infortunia, vel quòd sublata t[illegible] randi opportunitas, etsi voluntas sem[illegible] fuerit expedita. Hinc tu etiam tum[illegible] charactere, non item sine vulnere Sac[illegible] dos te primam Deo litâsti hostiam,[illegible] stum è venis sanguinem, quem adm[illegible] incussu verberum laniena excusseras,[illegible] litus immolare. Silebo vocalissimum[illegible] bique taciturnitatis amorem, quia hu[illegible] tui præcones facti loquuntur nam Prin[illegible] cipi nō ausa jugum moliri effrenis garru[illegible] litas; etsi nulla in dicendo tibi parsimo[illegible] nia, si Deo fuisset auditore perorandum, ubi tu disertior, quàm Roma Tullium, Athenæ Demosthenem audijssent, ab O[illegible] randi studio potiùs Orator quàm Theo[illegible] logus; nisi quòd à summa Theologica[illegible] Aquinatis nec uberior sacri amoris fa[illegible] cundia excludatur. Nam illa Theandri[illegible] Epuli fames & torrida Dei sitis (cuius ve[illegible] hementiæ vix suffeceras tolerandæ, etiam antequàm à Sole Aquinatico æstum con[illegible] ciperes) major est, quàm ut illi leniend[illegible] suffecerit Oceanus minor, quā sit Devs. Hoc Sympofio tu satur felix Epulo achu[illegible] in effigie tuæ famis interprete splendid[illegible] iam extinctus etiam convivaris, adpict[illegible] tibi post funera Diviniori Ferculo vel in[illegible] ter picturæ irritamenta intentus ac inhi[illegible] ans,

Vsus esus-que SS. Euchar. seu fame licus Princeps.

ans. Quippe hâc ambrosâ saginari debet palatum, cui solus suaviter Orexim irritat sapitq; DEVS. Sed nec alius grandem animam decebat, præter Cibũ grandium, & lectissimam è vulgi fæce animam præter tragema Electorum. Sic in te Principe nihil non eminens, ne gustus quidem, quem haud quidquam expleat saturetque, quàm DEVS. At dum tam basilicæ virtuti totis in Orbe animis applauditur, totis aris; etiam vos, Auditores, ad quos hujus indolis vocale præconium pervenit, ultra votum decedentis Augusti, ultra Comicorum Studia, Ludovico in imperio Virtutis facilè Principi Plausum date. Dixi. *Perorat'*.

XIV.

AQVILA AD SOLEM

B. ALOYSIVS GONZAGA Soc: JESV.

FAustâ, ut ajunt, alite, nec infelici auspicio huc Orator venio, Audit: Nova è vetusto Gonzagarum nido provolat sub Cælos Aquila, quæ felici augurio locum dedit, dum in Solem evocat ingenia, quæ umbraticis domi recessibus insuevêre. Nec mihi reluctari libet inter aqui- *Aquila Mansuana Aloysius.*

 lasenu-

Eius per ardua volatus.

las enutrito, quas aut domesticus educi nidus, aut bellator protulit Lechus; di prævolas & Sarmaticæ pullis Aquilæ, Aquila Mantuana Ludovice. Altiùs tu, quàm humana tentet imbecillitas, inter immensa famæ spatia geminâ virtutis fortunæq; pennâ temet librâsti feliciter, execratus eorum deses ingenium & pupillam, qui ex noctuarum indole Solem fugiunt; cùm te par cæli spectaculo Virtus ultra vulgarem oculorum metam proveheret, quò & maturiùs volatum moliebare, & ipsa te nascendi felicitas destinabat. Longè tu à communi plurium nota noxaque, quos quantò propiùs cælo admovet fortunæ culmen, tantò longiùs dissitam à cælo mentem gerunt, nec ingemiscunt, tantumq; persæpe ab animi nævis umbræ, quantùm à ceris avorum lucis noctuæ veriùs quàm aquilæ mutuantur. nempe divites auri census indolē erectam ad ardua deorsum trahunt; ac esse Dædalum non sinunt, nec sub specioso auri pondere mens facilè ima deserit. Verùm è Castilionis gremio nihil nisi ad solem educitur, ubi per vallium declivia devolui, nec ad cæli viciniam eluctari, testudinum putatur, nō huiusmodi aquilarum. Sic repunt per infima viliores animæ,

mæ, nec votis etiam illuc feruntur, quidquid in summo eminet. atqui ipsa te celsitudo grandioris ruinæ admonet, nisi altiora mente agites & studijs prosequare. Alios ex Aquilarum stirpe traxit animos cum vitæ aurora Ludovicus; Vix inde inserendum Divis sanguinem derivavit; in Solem prodire visus, & se manifesto indicio Aquilam comprobare. Exigebat necdum à nato grandia Spes Parentum, belli fulmina Italico suppeditatura Marti Aquila hæc credebatur, iam iter ad honorum, iam ad bellicæ laudis adyta pandebatur; & annuisse Gonzaga creditus, dum exertâ ex utero manu eorum votis videretur subscribere, aut certè ad destinatam sibi celsitudinis metam alas ante facultatem volandi explicaret. Sensit potiùs violentas manus tunc Cælum, ideóq; totum se illis inseruit, dum hic Pennatorum Celsissimus nondum extra natalem nidum, & jam expeditis ad metas gratiæ, pennis contenderet. nam in Solem illi non progredi aliter obstinatum, nisi antea contractam hærede contagio labem deponeret. Etiam id intra grandiorum indolem aquilarum, Aloysi, priùs Solem gratiæ, quàm lucem publicam intueri: nam ex Fonte illo, quo necdum utero effusus tingebare,

Evolat maturè ad solem gratiæ.

gebare, Sol hic nascitur oriturque, qui te adhuc inter nativa umbrarum tentoria, inter uteri latibula maturè ad lustricum amnem illustravit. Lacrymis eius ortum extorsimus, tu ante ortum pænè in meridie, in luce fuisti benè ante diluculum, ut priùs inter cælites, quàm inter homines inscriptus viderere pro aquilarum more, quibus, vt argutus cecinit Stiliconis olor,

Dum baptizatur in exertâ ex utero manu.

Claud:

--- haud parvos fas est educere fœtus
Ante fidem Solis judiciumq; poli.

Rex tu pænè (sunt enim ut regales aquilæ) priusquam Vitæ publicæ hæres, qui prius Orientem gratiæ, quàm fulgorem domesticum conspexisti; at verò prius vidisse Orientem, non uni jam Stratoni apud Phænicenses (quando & te non impar contingit felicitas) Sceptri præsagium fuit; etsi in hac ad clavam & fulmina aquilarum insigne natâ dexterâ, pro Sceptro candens lilium (imo ipse gratiæ candor efflorescat, quæ divinis influxibus tã obnoxia beatiùs in florum propaginem irroratur, & meliori latice non iam auri alveum, sed candidam devehente lucem circumfunditur. Sed provolat tandem in lucem Princeps aquila, & in famæ priùs, quàm domesticæ fortunæ hæreditatem involat.

Iustin:

involat. vix illi ab ætatulæ submissæ vires, mox ad Solem planè Cæleſtis ingenij oculum intorquet. Non ſatis ei gentilitiæ lucebant ceræ, quibus fumoſus plerumque color lucem inumbrat, & fumus hic lacrymas, non oculos prolicit ſpectatorum. illis hæc ſplendoris impoſtura veriùs quàm ſplendor ſufficit, quibus impatiens magnæ lucis acies ultra primos in cunabulis ortus, aliam lucem neſcit: alium tu inquiris Solem Ludovice, qui oculum puriori afflet radio. Ergo in Florentinis hoſpitari Athenis placuit, ex quò Aquilas deinceps Athenæ colent, non noctuas: Solem requiſiſti, & reperis, dū ad Florentinum te confers Apollinem. nempe is etiam Sol eſt, qui dum ingeniorum intendit lumina, non unum educas terris Lucilium, & inter Academi umbras Fulgentios producit ac Chryſologos, nec jam noxios Orbi Phàëtontes. Hîc verò ſeu pernicitatem ingenij, ſeu celerrimos libratæ in cælum mentis vidiſſet impetus, quis te non ad aquilarum propaginem retuliſſet? alijs exilitatem apū præferentibus, quòd totam à ceris nobilitatem, fluxo nimiùm ornamento tranſumerent, cùm pænè in Ceritum referendi tabulas ſolâ infra omnes mentis ignobilitate depri-

Eius Solucre ingenium.

te deprimantur. Sed non sic Apollo ac-
em tibi rapuit, ut quod illæsi nævo, ca-
doris pretium ac nitor, non videris. Pr-
ter solem, etiam te MARIANÆ Lunæ rad-
etiam verecundiæ color tenuit, quā du-
prostratus ante aras Virginis voti religio-
ne consecras, solem in Virgine adorâsti.
Non deses tibi stagnansq; sed in motu &
continuo volatu ingenium, quod dum
excolis, pennam virtuti alteram potior-
studio devovisti. Id verò non indignum
aquilâ, Ludovice: frustra pennata sit, s
terræ inhæreat. Non refert, intrepido so-
lem oculo excepisse, transcendisse nubila
nobilem toto cælo jactâsse libertatem, s
tandem imum obtineat, aut visco irreti-
breve illicium diuturnâ eluat servitute.
Quod si & votum nectit vincula, nihil hæ
de libertate decerpunt; inter hos casti-
moniæ nexus adhuc Castilionis Aquila
potest optimè internosci, nec Florentia
vincire novit arctiùs, quàm vinculo è flo-
ribus lilijsq; contexto, posthac ab Aquila-
rum commercio non tam Florentia quàm
Aquileja nuncupanda.

Terras præteruolat tota corporis integritas

Sacra Aquilæ vincula.

Sed gemino Sapientiæ pariter ac vir-
tutis radio intentam alitem alio Martius
ferri fulgor avocat. quippe inter arma
etiam fulminum locus est, nec Aquilis
castra

Aquila militaris.

castra respuunt, quas hæc signis militaribus impresêre. ab aquilis alas affingimus legionibus, clangorem tubis, pennas Victoriæ. Rarò tamen bene convenit intentæ astris Aquilæ cum aquilis militaribus, & modica nec pro tantæ volucrîs acie lux est, ubi nuda ferri micat acies, ubi in humanam perniciem eructantes è sulphure missiles flammæ, ubi alio fulmine, quàm ut illud talis Aquila ferat, licentia linguæ detonat, ubi omnia persæpe virtutis insignia militari pulvere sordidantur. Aliò igitur alas expedit amica lumini ales, sed tamen à sole non exerrat, dum ad Augustæ ac Regis Hispani solium obtutus defigit; nisi quòd maculas in terreno sole reperit, quem extingui facilem & inconstanti radiantem sereno deprehendit. Quidni ergo aulæ serenitate Cæli studijs posthabitâ, illuc infensam tenebris pupillam deflexisset ubi pennas ad sidera mentemq; tollere, connisu perpetuo supra mortale fastigium efferri integrum illi foret? Nusquam se Aquila istiusmodi liberiorem putat, quàm dum solitudinem reperit intra aulæ frequentiã, ubi non in alios, sed in seipsam tot fulmina, quot cruentos ictus expediat. O quò Pennate Amor, non evolas? iam spei pa- *Aula pẽnata virtutis.*

ternæ

ternæ illudere, iã remittere ducali pom. pæ nuntium, iam terras impigro conatu prætergredi, iam aurea tiaræ togæq; pondera ceu volatûs impedimenta amoliri tibi promptissimum, ut cælis propior vo. latu pernicissimo evadas. Solem, cui suavius toto inhæreas obtutu, Solem, inquã, in umbra quæris, dum in pullato Ignatij consortio; nam hic etiam genuinus Aquilæ color est. At etiam Solem Ignatij nomen gerit, quod sub ignescente vocabulo solaribus cæli flammis inardescit: Insuper in eius domicilijs nidus aquilarum est, ubi & ipse terras perosus (ut quæ illi post delibatam Elysiorum fragrantiam gravius olerent) & in aëra sublatus repetito prodigio Xaverius, magnæ nidos Aquilæ posuêre. Et nidum ergo, & Solem ibidem, Aquila, reperisti, nisi quòd nubes (nam moderatior animus etiam tunc latere ambit, cùm in Sole est) nubes, inquam, non deerant, quæ illum inumbrare, ac penè oculis niterentur eripere; quòd avitæ stirpis tētabant præsagia, quæ ad huiusmodi Solem haud se unquam suis explorâsse aquilis oggerebat. Sed Aloysius terris iam superior, & adhuc recenti virium accessione reum se novæ altitudinis potiundæ ratus, nubes ceu in-

Eidem Aquilæ Sol Ignatius.

serpe-

terposita luci spatia transcendere, quantum in dies seipso altior evaserit, eo quo restabat spatio dimetiri, in Solem propiùs pupillam defigere, animum ad quandam æquitatem componere, ut æquè sereno sudum ac nebulam in terris vultu exciperet. Cælum etiam illi prono impetu illapsum crediderim, dum illud cōtinuato perniciter tractu propior iā subiret; ut iam non irritus videatur Apellis penicillus. qui Angelos Aloysio appinxit. Nec verò sic inhæsit altitudini Gonzaga, ut non perinde illi se ad ima demittere, ubi virtutis imperium accessit, non fuerit expeditum. Nimirum haud unquā ascenditur, nisi ex humili; ut nec ruina fit in præceps aut descensus nisi ex arduo. Hâc verò etiam arte summum ille tenuit culmen, eò quòd nulla sit potior assurgēdi ratio, quā per decliuia; nec aliud modestiæ sit certius hostimentum, quàm fastigium, quod refugit; summum gloriæ, quod detrectat. Verum an Solem in nube, hoc est, DEUM Sacræ Cereris indutū exuvijs Aquila hæc præteriret? Nunquam hæc concitatiùs ferebatur, quàm dum his etiam sub nube radijs esset perfruendum; nulli avidiùs prædæ inhians, quam Divinæ; & cùm totam explevisset famem,

Aquilæ descensus

Aquila ad Solem Euchar.

adhuc

adhuc nihilominus de inedia querebatur DEI famelicum palatum. Et hoc demum erat Solē intra præcordia gerere, & quam in Æthiopum orâ vetuſtas ſuſpexerat, Regiam Solis ubique effici. Sed iam ad expertem occaſûs umbrarumq; Solem, aciem intendit Aquila Gonzagana, poſtquam Romæ in Solis Aquinatici umbra, in Theologico & vitæ Curſu volatum abſolvit tam felicem. Nunquam vetuſtior Roma victrices aut in apotheoſi Cæſarū aquilas tam ſublimè extulit, quàm cum Caſtilionenſem, Beatorum comitio inſereret; cuius tamen etiam abſentis excubijs Roma eſt tutior, quàm Tarpeiæ quōdam alitis; fortunatior, quàm auſpicio biſſeni vulturis, ſub Filio Columbæ felix etiam auſpicio Aquilarum. Dixi.

Aquila intenta DEO Soli

XV.

CONVIVA DEVS
Seu
CHRISTVS Patiens & Moriens.

Hæc Oratio quia Morientem DEVM Matre penè commoriente exhibet, ab Oratore Mariano non eſt aliena.

Exordium Allegoriâ declarat.

TRagica DEI Moriētis cædes alijs Parricidium vel unicum in æternitate facinus;

facinus; mihi ferale quidem, ſed tamen Convivium eſt, Auditores. Hæc ſaltem allegoria triſte condiat argumentum; ne non volupe ſit audire, non dulce ſit meminiſſe, quod fuit durum pati, quamvis ſaluberrimum. Conviva ergo DEVS eſt, dum forum agente vecordiâ, ſacrilegæ crudelitatis edicto patitur. Neſcit aliter mundi veſania DEVM invitare! pridem has inferre, has famelico ingerere parabat lautitias, ſed expectare libuit, donec cænare vellet. Nuſquam tamen triſtius inſtruxit Convivium obſonatrix crudelitas, quàm in quo Mortalis perijt DEUS, adeoque in Convivio vivere deſiit vitæ arbiter. Hoc illi epulo vicem rependit humana imò inhumana Civilitas! has reponit gratias pro Vitali Ferculo, quod Cæna Verbi antè apposuit, & toti hucuſque Orbi alendo ſufficit. Epulas ego & ferales miſſus referam, vos Convivij ſpectatores velim; niſi de Verbi ſic opſonati edulijs aliquantulum malitis, id quod ſuaſerim, delibare. Agite igitur, amæna epuli accipite auſpicia. Hortus primo fercula miniſtrat: nam hinc ordiri decuit doloris ſympoſium, quod vel ipſa loci amænitas hâc velut promulſide temperaret. Nec terra tantummodo ibi hoſpitalis,

Propoſitio.

Hortenſe epulum.

talis, ubi Mons oleæ ferax, dolorum suppeditat lenimenta; etiam cælum partem convivij non absq; solatij temperamento instruit, venenatum calicem, ad quem sudat gemma prænobilis, cæli [illegible]cerna Angelo præferente. Usque adeo nec cælum illi aliam propinat ambrosiam, nisi quæ perimat; imò neque hanc gratis prælibat, pro qua cruentum a toto corpore vectigal exigitur. Ignosce, dulcis conviva, hortus hic mala profert! absumere illa solus cogeris, ne mali ampliùs quidquam orbi supersit. Didicit ab Adæ horto etiam hic non aliter hospitem, quàm funesto cibatu alere. oleas quidem profert; sed hæ fundunt oleum, quo extinctorum corpora condiantur: flores copiosiùs substernit, sed hâc etiam latet anguis in herba, & hortensis fragrantia cicutam parit enecantem. Pridem in horto funesta hæc bellaria prima paravit ingluvies, & succiso vitæ germine publica plantavit fata. Sed ferme quidquid hactenus veneni oblatum est, cælum coxerat; quid iam in mensas tellus inferet, si mortem vel æther obtulit in cratere? Primas prælibâsti dapes, ærumnosissime Conviva, iam amotis Gethsemani epulis mensam onerat exquisitior ex urbe apparatus,

Cœna Pontificia I.

fatus, Cœnam Pontificiam apparat crudelis livor; ad faces in multam noctem epulabere. Lances conflabunt lanceæ, cruda item fustium, cruda verberum te manent obsonia, quorum famem per ipsa nutriisti iejunia, faginari appetens voluptate patiendi. Præit iam è discipulo *Divinitatis* decoctor, Orci dapifer, barbariem celante osculo inter dulces oris contactus venena despumat, quæ ceu Mercurio fatali, dum argento sanguinis venali temperavit. Ah nimis pretiosè vesceris, Pretiosissime Conviva! vel ipsa mortis condimenta tot constant sestertijs, & argento appenditur bolus letalis. nempe apud excordes animas, postquam vitæ Cœliq; gustulum amiserunt, sola mors venalis est.

At quò fumigantes hi lychnuli! quò nocturnus armorũ fragor? sanguinem ipsa sitit inhumana Urbanitas, quæ ferrum in viscera parat recondere, ac struthionum cupedias apponit, non hominũ Deo miserè convivanti. ô dura cibaria! ô ferales bolos, quos instructor mortualis cænæ Iscariot nec ad focum Ditis possit concoquere, qui hoc etiam argumẽto sese plagiarium probavit, quòd ne suam quidẽ suavitatem reliquit convivio, quin auferret.

Plausus inibi consalus.

auferret. At bene habet: vix in Pontificis triclinium pedem infert conviva tragicus, cum plausu accipitur. Sed ô plausum insolentem, ubi alapis DEO plauditur inter plena ludibriorum convivia, imò convitia! Color ipse ac genarum tumor palàm loquitur, quanto immanitatis apparatu mensa constiterit, quæ cõfertissimæ parasitorum turbæ in tantum salivam moverat, ut illam ausu Sacrilego in cælestem epulantis vultũ projecerint. Nec sale imò improbis salibus non condita hæc ærumnarum cænatio, ubi luditur, dum illuditur, & protractis ultra cõcubiam noctem epulis ipsa (miserum me!) ostentui fit Divinitas; ac ne Symposio insolens desit Symphonia, non tam cythiræ fides, quàm DEI latera pulsantur! Nimirum apud parem amentiam hæc tantùm suppetunt tragemata; nec profusi Iudææ prodigalitas dolorum avidum nôrat aliter obsonare, Solâ tunc aquâ sitim convivæ suaviùs restinguente, quæ guttatim de Petra ictu oculi emollita uberiùs profluxit. Atque sic convivando noctem traxerat satur ludibrijs DEUS; Sed nova iterum dies offeret Saturnalia. Grandius hoc cunvivium nox una vel unum capere nequivit tricliniũ: prægustatis imò devo-

Epulæ nocturnæ.

Prætorianæ epulæ.

devoratis in Pontificum cæna coniectis ab insania tot sannis, incertâ etiamtum luce; inter arctos vinculorum amplexus, ac per immanissimam urbanitatem injectâ cervici torque, itur ad Romani Præsidis mensam ac Prætorium. Urbaniùs, credo, Prætor accipiet DEUM Romæ ad urbanam instructus politiem. Abluūtur jam manus, ne illotis manibus sacrilega convivij struendi ratio ineatur. Mirum tamen, quòd Romanus Iudex ad exceptā convivio Veritatem non attendat, quam inolito plerisquē Iudicibus vitio nō agnoscit. hinc parum aberat, quin ingratus scelestorum contubernio insons conviva ab exquisito arceretur dolorum ferculo, nisi assuetorum cruentis victimis Pontificum auctoritas, immanitas vulgi flagitantis, Cæsaris metus intercessisset. Scilicet tanti est apud Romanum Præsidem vel insipidè prandere! Ergo Romanæ accubiturus mensæ, Romano cultui assuesce, Beate Conviva. Quia verò dapes Publicas toga candida per leges Romanas decet, non hic qui te contegit ac depingit color, primò Herodis adi regiam; togam inde capies, ubi & regalis tibi mensa instruitur, & inter tot sannarum bellaria regale pomum. Non desunt, qui insipida

Regia mē ſa.

sipida ultra morem condiant alimenta vel Regis exercitus artem hanc callet coquinariam, salibus & sarcasmis mordacibus assuetus, quibus hæ cruciatuū mensæ onerantur. Quamvis purpurata illa bellua non tam convivam te velit, quàm histrionicam à te avidiùs exspectet, & cùm ipse deliret, insaniæ symbola cuivis facilè affingat. Sed nihil hîc tibi palatum irritat, nihil sapit, ubi licentia militaris aurem duntaxat procacibus vellicat aculeis, & Chamalæontis offam oggerit, auram scilicet inanem, quæ potiùs eludat aliquem, quàm deliniat appetitum. Iterum ergo Prætorium te invitat, in toga vere ad fasces & purpuram candidatum; etsi paulò duriùs tractabere ad columnā.

Cruda ob sonia. O tamen hoc etiā saxo Præsidis animum duriorem, nec excusso certatim sanguine molliendum! Non aureis linteaminibus (etsi hospitem DEUM longè ante Galienum ea decuisset hospitalitas) insternit stigmata, quæ sanguine purpurascunt; nec ferculis res agitur, sed ferulis; tot cruentis ad mensam incisoribus, quot repetitis ictibus laniatum convivæ corpus efferatâ sævitie concisum. Siste jam effera Palæstinæ barbaries, satis è dolorum & ferociæ penu convivam saturum reddidisti!

ſtil quot iam non devoravit ludibria? quas non exſorpſit moleſtias? iam exhauſto ſanguine, cui ſubſtratum pedibus mar mor innatat, in hoc, quod fudiſti liberaliter, Maſſico velut naufragus volutatur! At ecce iterum regales epulæ, quæ fortaſſis coronidem luctuoſo imponent con vivio, coronam Conviganti Verbo. argumento ſit purpura, quam ſanguis nativo murice miniavit; argumento corona, quæ dum pungit ſimul in cruentum doloris Regem ungit. Roſæ deerant; nã his ſertum doloris caret, & luxui pridem ceſsêre in corollam. *Iam* regium ſuccedit epulum, regno & inſignibus huiuſmodi perquam congruum, deprompta è levitatis ingenio mille convitia, levitatis, inquam, cuius indicium ſit arundo. Botrum præbet uva de ſentibus collecta, cui licuit in DEUM Convivam uſque in delicias deſævire, donec poſt propinatum liberaliùs à Iudæa novercale poculum, in hoc pulvillo, quẽ illi horrentes rubi aſperant, laſſum caput reponeret. Atque iã tandem ultimos convivij miſſus imperat Præſes inurbanus, mortemq; Vitæ Domino, plebi ſanguinem propinat. nam carne jam fruſtatim conciſâ hoc adhuc poculum ſitijt cruenta Hieroſolymæ feritas non

Conbiba coronatg.

Epulũ letale.

tas non

tas non aliter extinguēda, nisi extingueretur Deus. Dederas hoc siti publicæ nuper in vitali cratere, lautissime Obsonator; sed iam quatuor rivi scaturient, per quos id nectar effluat. Ipse tamen inter prædones postremò iussus accumbere, appetente non tam diei quàm dolorum meridie post lautam heri cænationem prandere & sitire simul cogeris. Adest exanimis prope Mater, quæ postrema lacrymis condit fercula, potum si qui est, diluit, imò partem convivij tam feralis absumit tuis inescata ærumnis, tua de arbore decerptura fructum, qui meliorem Evam ipso etiam aspectu pænè perimat. Et tu, ærumnarum adhuc famelice, cruciatuum sitientissime Conviva, ultimò concupitis dapibus famem, terreno nectare sitim expugna; ad mala iam deventū & funestæ arboris bellaria; post secundas imò infelices mensas & convivari desines & viuere. Nec mensam deprecari licet, ad quam & adactum malleo ferrum, & publicæ salutis te affixit ardor. Novissimum quidem tuis imperas locū, sed ipse hîc Supremum obtine: iacet misere prostratus Orbis, nisi tu sic emineas. Neque haustus ultimos excusare potes, qui ceu novus inter haustus letales Tan-

Bellaria mortis.

talus

talus adhuc ſitis. Qui totus nectar es, etiam acerba tibi Hyblam ſapient: felli etiam acorem detrahes, ubi vel primoribus labris Hymettum deſtillantibus delibâris. Porrò cruda Palæſtinæ hoſpitalitas aliam negat ambroſiam, quâ DEI palatum recreet; imò poſt epulum mortale vix alia vitis ſupererat, niſi quæ merum fel funderet ac venena. Et accubuit tandem fatali menſæ, ubi paulò pòſt & occubuit Sacer Epulo. nimirum pænè in os ingeſta per ſpongiam condita felle ac morte pocula convivantem ad ultima redegêre. Ergo jam graves oculi & poſt felle dilutos potus pronius in ſomnum letalem caput quietem ultimam depoſcere, mille funerum hauſtus triduo lugubri edormire. Diem proinde ſubitò excludit, noctem in meridiem advocat, quæ illi ſoporem conciliet, quo æterna mundi calamitas reſpiret. Ne verò alius convivium finis excipiat, quàm convivantē in terris Vitam decuiſſet, cùm jam omnes conſumpſiſſet mortes, in ultimo tandem mortis bolo, quæ illi una ſupererat, vitā conſumit conſummatque. Sic cænat apud homines DEUS, ubi totum efferæ prodigalitatis penu in unicam effudit menſam veſania! Plures miſſus & illatas ex ipſius *Poſt epulas quies.*

vecor-

vecordiæ culina depes nec ego in m
diana nocte videre, nec vos præ telli
& saxorum fragore perorantem aud
poteritis. Hæc sufficere tantisper ar
bitror, cùm & ipsi saturo tot sannis & C
ciatibus DEO sit satis; & ego ad tenebr
usque, imò in ipsam noctem submer
obortam Dixi.

FACVLTAS REVER: PATRIS
Provincialis Poloniæ.

CVm Opus quod inscribitur Orator MA-RIANVS à P. JOANNE KWIATKIEWI Soc: Nostræ Sacerdote compositum, aliquot eiusdem Societatis Patres recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestate mihi facta ab A. R. P. Nostro Ioanne Oliva præfatæ Societatis Generali Præposito, facultatem concedo, ut typis mandetur, si iis, ad quos pertinet, ita videbitur. Cujus rei gratiâ has literas manu meâ firmatas, sigillo que munitas dedi, Iaroslaviæ ad S. Ioannem 6. Maij Anno Domini 1672.

HYACINTHVS KOCZOWSKI

